

VENERABILIS INCEPTORIS

GUILLELMI DE OCKHAM

TRACTATUS DE PRAEDESTINATIONE
ET DE PRAESCIENTIA DEI
RESPECTU FUTURORUM CONTINGENTIUM

EDIDIT

† PHILOTHEUS BOEHNER

RECOGNOVIT

STEPHANUS BROWN

[QUAESTIO I

UTRUM PRAEDESTINATIO PASSIVA ET PRAESCENTIA PASSIVA SINT RESPECTUS REALES IN PRAEDESTINATO ET PRAESCITO]

Circa materiam de praedestinatione et praescientia est advertens 5 dum quod ponentes praedestinationem passivam et praescientiam passivam esse respectus reales in praedestinato et praescito habent necessario concedere contradictoria¹. Probatio assumpti: accipio aliquem praedestinatum modo — et sit *a* — et quaero utrum *a* possit peccare per finalem imponitentiam aut non. Si non, ergo necessario salvabitur, quod est absurdum. Si sic, ponatur quod peccet. Hoc posito, haec est vera ‘*a* est reprobatus’. Et tunc quaero utrum respectus realis praedestinationis sit corruptus vel non. Si non, ergo manet in *a* reprobato, et per consequens *a* simul erit reprobatus et praedestinatus, quia si talis respectus sit respectus realiter existens in *a*, potest *a* ab illo denominari. Si corrumpatur, saltem semper erit verum dicere postea quod talis respectus fuit in *a*, quia secundum Philosophum, VI Ethicorum²: “Hoc solo privatur Deus, ingenita facere quae facta sunt”. Quod est sic intelligendum: quod si aliqua propositio mere de inesse et de praesenti et non aequivalens uni de futuro sit vera modo, ita quod 20 sit vera de praesenti, semper erit vera de praeterito; quia si haec pro-

QUAEST. I. – 1-3 Quaestio... praescito] Incipit tractatus de praedestinatione Magistri G. Occham Anglii valde utilis C, Incipit tractatus Magistri Guillelmi Ocham de praedestinatione et praescientia Dei E 4 Circa... praescientia] Quia circa materiam de praedestinatione et praescientia sunt diverse opiniones, ideo CFG, Circa quam materiam E || praescientia] scientia AB 6 respectus] res AC || respectus reales] respectum realem FG 7 concedere] quod add. X || Probatio assumpti] Probatur FG 8 et¹] qui E || et² om. DH || quaero] modo add. E || possit] potest X, modo add. E 9 aut non] vel non C, vel e converso E || Si] dicatur add. D, dicas add. CFG 10 Si] dicas quod add. CFG || ponatur] tunc in esse add. FG, in esse add. CH 11 reprobatus], improbatus B, reprobatum FG || quaero] querendum est H respectus] res C 12 corruptus] corruptibilis C || vel non] aut non AB, om. F || ergo om. AE 13 a om. FG || erit] est FG, esset X 14 respectus³] res CD || realiter] realis DF || a] anima ABDFI 15 Si] autem add. CE || saltem om. CDEX || postea] prius D, post hoc FG, prius quod X 16 respectus] res X, om. DG || fuit] fit A, sit CD, est G, om. F || Philosophum] Augustinum (*perpetram pro Agathon*) AB

QUAEST. I. – ¹ Cf. Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 30, q. 2 C (ed. Lugduni 1495) et *Summa Logicae*, pars III-3, c. 32 (*Opera Philosophica* I, ed. Ph. Boehner, G. Gál et S. Brown, St. Bonaventure, N.Y. 1974, 710-714). ² Aristot., *Ethica Nicom.*, VI, c. 2 (1139b 10-11).

positio sit modo vera 'haec res est', quacumque re demonstrata, semper postea erit haec vera 'haec res fuit'; nec potest Deus de potentia sua absoluta facere quod haec propositio sit falsa. Cum ergo haec aliquando fuit vera 'iste respectus est in *a*', ergo haec semper erit vera 'iste respectus fuit in *a*'; ergo haec est semper vera '*a* fuit praedestinatus', ²⁵ nec potest esse falsa per quamcumque potentiam. Et tunc ultra sequitur: iste est modo reprobatus, ergo semper erit verum post illud instans 'iste fuit reprobatus'. Et ita in eodem instanti illae duae erunt verae: '*a* fuit praedestinatus' — '*a* fuit reprobatus'; et ultra: 'ergo fuit praedestinatus et non praedestinatus, reprobatus et non reprobatus'. Nec ali- ³⁰ quo modo potest solvi ista ratio ponendo praedestinationem et prae-scientiam esse respectus reales.

[DUBIA CONTRA RESPONSIONEM AUCTORIS ET RESPONSIONES AD ISTA]

Tamen contra predicta sunt aliqua dubia. Primum: videtur quod aequaliter concludit contra negantes tales respectus sicut contra ³⁵ ponentes eos, quia accipio aliquem exsistentem in caritate — iste est praedestinatus — quaero tunc utrum caritas potest corrumpi vel non; et sive sic sive non, sequitur conclusio prius ducta. Dico quod supponit falsum, scilicet quod omnis habens caritatem est praedestinatus, quia hoc est falsum, sicut ista 'omnis peccans mortaliter est reprobatus', ⁴⁰ quia Petrus et Paulus peccaverunt mortaliter et tamen numquam fuerunt reprobati, et similiter aliquando Iudas meruit et tamen tunc non fuit praedestinatus. Quia istae propositiones aequivalent aliquibus de futuro, quia aequivalent istis 'Deus dabit istis vitam aeternam' et 'illis ⁴⁵ poenam aeternam', quae non sequuntur ad istas 'Petrus est in caritate', 'Petrus peccavit mortaliter'. Unde si nullus posset esse in caritate nisi esset praedestinatus, tunc concluderet ratio aequaliter contra negantes

21 haec... demonstrata] hic respectus quandocumque demonstrabitur H || quacumque... demonstrata om. CDFGX 22 haec res] hic respectus H 22-23 nec... falsa om. D 25 est] fuitur corr. ex fuit C 26 esse falsa] etiam facere C 27 verum] dicere add. FG || post... instans] per idem FG 28 instanti] erit verum dicere add. X || duae om. EFG || erunt] essent ACFG 29 et ultra om. X 30-31 aliquo] alio AFG 30-31 aliquo modo om. X 31-32 et praescientiam] passivam add. E, om. H 34 Tamen... sunt] Quamvis contra predicta sint D 34-37 Tamen... praedestinatus] Quia CFG 37 quaero] queretur FG || potest] possit CH 38 prius ducta] predicta CFGX, prius adducta E, prius deducta HI, prius dicta D, corr. ex prius dicta A || Dico quod] Respondeo et dico quod ratio FG 39 scilicet quod] dicens quod G, quod est EH 40 hoc... falsum] haec est falsa FG 41 num- quam] sunt salvati nec unquam H 42 tunc non] numquam EFG 43 aequivalent] sunt aequi- valentes H 43-44 aliquibus... aequivalent om. (hom.) CFG 46 nullus] non H || nisi] non H 47 esset om. CDEFG 47-50 ratio... Item om. FG

istos respectus sicut contra ponentes. Sed hoc est falsum; ideo non concludit.

50 Item, secundo sic: omnis propositio de praesenti semel vera habet aliquam de praeterito necessariam, sicut haec 'Sortes sedet', si est vera, haec semper postea erit necessaria 'Sortes sedit'. Sed haec modo est vera 'Petrus est praedestinatus' — ponatur —; igitur haec erit semper necessaria 'Petrus fuit praedestinatus'. Tunc quaero utrum 55 possit damnari vel non. Si sic, ponatur in esse. Tunc haec est vera de praesenti 'Petrus est reprobatus'; igitur de praeterito semper erit necessaria 'Petrus fuit reprobatus'. Igitur istae essent simul verae: 'Petrus fuit praedestinatus' — 'Petrus fuit reprobatus'. Dico quod maior est falsa, sicut patet ex tertia suppositione³, quia illa propositio 60 quae est sic de praesenti quod tamen aequivalet uni de futuro, et cuius veritas dependet ex veritate unius de futuro, non habet aliquam de praeterito necessariam; immo ita contingens est illa de praeterito sicut sua de praesenti. Et tales sunt omnes propositiones in ista materia, sicut patet ex quarta suppositione⁴, quia omnes aequivalenter sunt de futuro, 65 quamvis vocaliter sint de praesenti vel de praeterito. Et ideo ita contingens est illa 'Petrus fuit praedestinatus' sicut ista 'Petrus est praedestinatus'.

Et quando quaevis utrum Petrus possit damnari, dico quod sic, et potest poni in esse. Sed tunc erunt istae duae falsae 'Petrus 70 est reprobatus' et 'Petrus fuit praedestinatus', quia posito uno contradictiorum, quod scilicet sit verum, reliquum erit falsum; sed istae duae 'Petrus fuit praedestinatus' et 'Petrus fuit reprobatus' includunt contradictionia, scilicet quod Deus dabit vitam aeternam et non dabit eam alicui. Et ideo si una est vera, reliqua erit falsa, et e converso.

49 concludit] contra negantes istos respectus add. X 50 semel] semper E, om. FH 52 erit] est ABCDG || sedet] fuit sedens E, sedebit H 52-53 Sed... modo] similiter si ista E 53 ponatur] ponamur X, om. CEFH 54 semper] postea add. EI || necessaria] vera DE || praedestinatus] et necessaria add. E 56 praesenti] praeterito D || igitur] haec add. CFG 56-57 necessaria] vera G 57 essent] erunt DEFGH 58 Dico] Respondeo et dico FG 59 patet] patebit EFG 60 quod tamen] quae E, om. F || et cuius] vel eius CFGHX 62 necessariam] veram D || immo] et ideo E, quia F || ita] illa ABDE, om. X 63 sua] illa FG, om. E 65 praeterito] future E || ita] illa ABDE, om. X 66 illa] vera E, om. C 66-67 sicut... praedestinatus om. (hom.) BCDEFGX 69 potest ponij] quando ponatur CFG 70 fuit] est CFG 70-71 contradictionum] in esse add. AB 71 scilicet] si ABDFI 72 duae s. lin. B, om. CFGHI 73 contradictionia] quidditatem D, contradictiones F, contradictionem G || dabit¹] Petro add. CDG, isti add. H 74 eam alicui] Petro vitam aeternam CDFX, vitam aeternam E

³ Infra, lin. 208-20.

⁴ Infra, lin. 221-28.

Tertio sic: si praedestinatus potest damnari, hoc non est nisi per actum voluntatis creatae, et per consequens propter talem actum posset actus voluntatis divinae impediri. Antecedens concedo, sed nego consequentiam, nam actus voluntatis divinae non impeditur per actum voluntatis creatae nisi stante ordinatione divina eveniret oppositum per aliam voluntatem, ita quod istae propositiones simul essent verae: 'Deus praedestinavit Petrum' et 'Petrus est damnatus per actum voluntatis propriae'. Sed istae non possunt simul stare, quia si haec est vera 'Petrus est damnatus propter malum actum voluntatis suae', haec numquam fuit vera 'Petrus est praedestinatus', et similiter si haec est vera 'Petrus est damnatus', haec numquam fuit vera 'Petrus fuit praordinatus ad vitam aeternam'.

Confirmatur ratio: Deus determinavit Petrum salvari — ponatur — quaero tunc utrum voluntas Petri sequatur necessario determinationem voluntatis divinae aut non. Si non, igitur voluntas divina impeditur; si sic, habetur propositum. Dico quod voluntas creata non necessario sequitur ordinationem divinam vel determinationem sed libere et contingenter. Sed non sequitur ultra 'ergo voluntas divina potest impediri', propter rationem prius dictam, quia scilicet veritas illius propositionis 'Deus praedestinavit Petrum' non potest stare cum veritate istius 'Petrus est damnatus'.

Quarto sic: haec propositio fuit vera ab aeterno 'Deus praedestinavit Petrum', igitur non potest esse falsa; igitur est necessaria. Nego consequentiam, quia multae propositiones fuerunt verae ab aeterno quae modo sunt falsae, sicut ista fuit vera ab aeterno 'mundus non est', et tamen modo est falsa. Ita dico: licet ista fuerit vera ab aeterno 'Deus praedestinavit Petrum', tamen potest esse falsa et potest numquam fuisse vera.

Quinto sic: praedestinatio divina est necessaria, quia omne quod

75 sic om. FG || damnari] salvari H 76 propter] per EFGH 77-78 Antecedens... nego] Respondeo antecedens concedendo et negando CFG 79 actum] actus AB || stante] forte X || eveniret] et veniret DE 80 istae] duae add. FG 81 praedestinavit] praedestinabit BDX 82 propriae] proprium C, suae FG 82-84 Sed... suae] Sed si Petrus est damnatus per malum actum voluntatis suae mg. F, om. G 82 simul] sic X 84 praedestinatus] Petrus fuit praedestinatus add. H 86 fuit] est CD, s. lin. F || praordinatus] praedestinatus DH, ordinatus FG 87-88 ponatur] in esse add. CFG, igitur quod ita sit add. E 88-89 determinationem... divinae] ordinationem divinam E, determinationem divinam vel ordinationem X 89 aut] vel FG 90 Dico] Respondeo et dico FG 91 sequitur] voluntatem divinam vel add. FG || ordinationem om. CE || divinam] divinae voluntatis CEH, om. FG 94 praedestinavit] praedestinabit ABDX 96-97 praedestinavit] praedestinabit ABDIX 97 igitur³... necessaria om. H 98 Nego consequentiam] Respondetur negando minorem FG 99 ista... aeterno H, om. aliis codd. et X 101 praedestinavit] praedestinabit ABDIX

est Deus vel in Deo est necessarium; igitur necessario p^{rae}destinavit
 105 Petrum; igitur Petrus necessario p^{rae}destinatus est; non igitur contingenter. Dico quod p^{rae}destinationem esse necessariam potest intellegi dupliciter: uno modo, quod illud quod principaliter significatur per hoc nomen ‘p^{rae}destinatio’ sit necessarium; et sic concedo, quia illud est essentia divina quae necessaria est et immutabilis.
 110 Alio modo, quod aliquis a Deo p^{rae}destinatur; et sic non est necessaria, quia sicut quilibet contingenter p^{rae}destinatur ita Deus quemlibet contingenter p^{rae}destinat.

Et cum dicitur ‘p^{rae}destinatio divina est immutabilis, igitur necessaria omnino’, dico quod immutabile reale est necessarium⁵. Sed loquendo de immutabili complexo,— illo modo quo aliquod complexum potest mutari a veritate in falsitatem et e converso, et aliquod complexum non potest sic mutari,—, sic non omne immutabile est necessarium, quia est aliqua propositio contingens quae non potest primo esse vera et postea falsa, et e converso, ita quod de tali 120 verum sit dicere ‘haec propositio modo est vera sed prius fuit falsa’, et e converso, et tamen non est necessaria sed contingens. Et causa est quia quantumcumque sit vera vel fuerit vera ex suppositione, tamen possibile est quod non sit vera et quod numquam fuerit vera absolute. Sicut haec est vera ‘Deus scit quod iste salvabitur’, et tamen possibile 125 est quod numquam sciverit quod iste salvabitur. Et ita ista propositio est immutabilis, et tamen non est necessaria sed contingens.

Contra: omnis propositio quae modo est vera et potest esse falsa potest mutari de veritate in falsitatem; sed haec propositio ‘Petrus est p^{rae}destinatus’ modo est vera — ponatur — et potest esse 130 falsa — constat; igitur etc. Dico quod maior est falsa, quia plus

104 p^{rae}destinavit] p^{rae}destinabit ABCDX 105 p^{rae}destinatus est EH, p^{rae}destinabitur omnes alii codd. et X 107 quod illud] sicut est E, ut id FG 108 significatur] designatur C, intelligitur E 108-109 et... concedo] hoc verum est H, et sic est necessaria mg. F, et tunc est verum quod p^{rae}destinatio divina est necessaria X, om. CG 110 aliquis] aliiquid aliud D, aliiquid E [Deo] necessario add. FG 110-111 necessaria] necessarium E 111-112 quemlibet] quem p^{rae}destinat vel p^{rae}destinavit add. FG 115 illo... quo] non secundo modo, dico quod E 116 et] vel FG 117 mutari] et add. EG 118 non] nunc C, om. E 119 primo om. CH || et²] vel DE 119-121 ita... converso om. (hom.) DH 120 sit] est EF, non sit G 122 vera vel] possibile FG || vel] et AB ex... tamen mg. B, om. CDEIX 123 non] numquam I || absolute mg. B, om. EI 123-124 absolute... vera om. (hom.) CDFGHX 125 numquam... salvabitur] ille numquam salvabitur E 127 Contra] Confirmatur H 129 ponatur] si ponatur in esse CFG 130 falsa¹] ut add. FGX || Dico] Respondetur dicendo FG

⁵ Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 40, q. unica B (ed. Lugduni 1495).

requiritur, scilicet quod propositio quae erit falsa vel poterit esse falsa aliquando fuit vera. Et ideo licet ista propositio ‘Petrus est praedestinatus’ sit modo vera et possit esse falsa, quia tamen quando erit falsa verum est dicere quod numquam fuit vera, ideo non est mutabilis a veritate in falsitatem.

135

S e x t o sic: quando aliqua opposita sic se habent quod unum non potest succedere alteri, si illud ponatur, aliud non potest poni — patet de caecitate et visu; sed ‘esse praedestinatum’ et ‘damnari’ sunt huiusmodi; igitur etc. **D i c o** quod de talibus oppositis quae respiciunt futura contingentia non est verum, cuiusmodi sunt ista ‘praedestinari’ ¹⁴⁰ et ‘reprobari’. Et ideo quamvis non possint sibi succedere, non tamen sequitur ‘si unum inest, reliquum non potest inesse’.

C o n t r a: de quocumque verum est dicere hodie quod est praedestinatus et tamen quod potest esse cras reprobatus, de eodem possunt ista successive verificari ‘praedestinatus’ et ‘reprobatus’; igitur etc. ¹⁴⁵ **N e g o**, nisi posset vere dici quando est reprobatus quod aliquando fuit praedestinatus; et ideo quia hoc non potest dici in proposito, ideo non verificantur successive de eodem nec possunt.

S e p t i m o sic: illum quem Deus ab aeterno praedestinavit non potest non praedestinare, quia aliter posset mutari. Igitur si Deus ab ¹⁵⁰ aeterno praedestinavit Petrum, ab aeterno non potest eum non praedestinare, et per consequens necessario salvabitur. **D i c o** quod prima propositio est falsa, quia omnes istae sunt contingentes ‘Deus praedestinavit Petrum ab aeterno’, ‘Petrus fuit praedestinatus ab aeterno’, quia possunt esse verae et possunt esse falsae, non tamen successive ita ¹⁵⁵ quod sint verae postquam fuerunt falsae, vel e converso. Unde quantumcumque istae modo sint verae ante beatitudinem datam Petro

131 erit falsa^{1]} est vera FG || falsa^{2]} ipso eodem numero add. A, ipsa eadem numero add. mg. B 132 aliquando] postquam X || vera] postquam est falsa add. FG 132-133 praedestinatus] damnatus E 133 quia] et G, om. F || quando] ante C || falsa] sive C 134 est^{1]} erit CFG || numquam] non E || fuit] aliquando fuerit H || vera] et add. CDFGH 136 Sexto sic] Contra H, arguitur add. FG || aliqua] duo add. FG || habent] aut add. H 137 potest] poterit A, corr. in poterit mg. B || illud] unum CG || aliud] alterum EFG || poni] sicut add. E, ut add. FG 138 damnari] damnatum EHI 139 Dico quod] Respondetur dicendo FG || oppositis om. FG || quae respiciunt] quibus respondent H 140 futura] singularia CF || contingentia] contingenter X 141 et om. ABCE 142 inest] est CFG || inesse] esse F, non esse G 144 quod] non E, om. FG 145 successive] simul I, om. CDFH || reprobatus] prescitus et huiusmodi E 146 Nego nisi] negando quod non E || vere] sic FG || reprobatus] praedestinatus FG 147 hoc] ita X || potest dici] dicit F, dicitur G 148 de eodem om. X || possunt] verificari add. CFG, poni add. E 149 Septimo] arguitur add. FG || sic om. DEX 151 praedestinavit] praedestinaverit C, praedestinat E, praedestinabit I . ab aeterno om. CDFG 155 possunt esse om. CE 155-159 non... falsae om. (hom.) FG

'Deus praedestinavit Petrum ab aeterno', et huiusmodi, possunt tamen esse falsae. Et si de facto damnaretur, tunc de facto est falsa vel sunt falsae. Unde ita contingentes sunt cum hac dictione 'ab aeterno' sicut sine illa; nec est alia difficultas in istis quam in illis quae sunt vocaliter de praesenti.

O c t a v o sic: quaero de revelatis a Prophetis, utrum necessario eveniant ut revelata sunt, aut non. Si sic, cum talia sint futura, sequitur quod eorum oppositum non possit evenire. Si non, contra: haec fuit aliquando vera 'hoc est revelatum', demonstrato aliquo tali, igitur semper postea fuit necessaria; et non fuit revelatum tamquam falsum, quia Prophetae non dixerunt falsum, igitur fuit revelatum tamquam verum; igitur necesse est tale revelatum evenire, quia aliter prophetiae posset subesse falsum. D i c o quod nullum revelatum contingens futurum evenit necessario sed contingenter. Et concedo quod fuit aliquando vera 'hoc est revelatum', et sua de praeterito fuit postea semper necessaria. Et concedo quod non fuit revelatum tamquam falsum, sed tamquam verum contingens et non tamquam verum neces-
175 sarium, et per consequens tale potuit et potest esse falsum. Et tamen Prophetae non dixerunt falsum, quia omnes prophetiae de quibuscumque futuris contingentibus fuerunt condicionales, quamvis non semper exprimebatur condicio. Sed aliquando fuit expressa, sicut patet de David et throno suo ⁶; aliquando subintellecta, sicut patet de Ninive destructione a Iona prophetata ⁷: *Adhuc post quadraginta dies et Ninive subvertetur, nisi scilicet poeniterent; et quia poenituerunt, ideo non fuit destructa.*

159 facto] futuro E „damnaretur] damnerur EH 160 falsae] verae CDG || ita] istae CEG, corr.
ex istae F, bene add. FG hac] ista EFG || dictione] additione sive dictione E, condicione H || sicut] sed A
161 vocaliter] naturaliter FG 163 Octavo] arguitur add. E || sic om. FG | revelatis] revelatione A, rela-
tis X 164 talia sint] ista sunt FG 165 oppositum] oppositionem A, opposita FG || possit] possunt
FG || non] tamen A || contra] cum s. lin. FG, om. H 166 demonstrato] aliquando a Deo de E
169-170 quia... falsum om. (hom.) EFGH 169-170 prophetiae... falsum] prophetiae non esse possent vel
possent esse falsae E, prophetae possent dicere falsum X 170 Dico] Respondeo dicendo FG || re-
velatum om. FG 171 evenit] evenient CEGF 175 esse] verum et potest esse add. E 176-177 qui-
buscumque futuris] quibusque CFG 178 condicio] condicionaliter X 178-179 de... aliquando]
in multis locis aut X 179 aliquando] aut fuit CDFG, et etiam fuit E 180 a... prophetata] pro-
phetica a Iona C || a Iona] per Ionam H 180-181 Adhuc... subvertetur om. FG

⁶ Psalmus 131, 11-12. ⁷ Ionas 3, 4.

[SUPPOSITIONES PRO ISTIS DUBIIS SOLVENDIS]

Pro istis dubiis solvendis primo suppono aliqua, quibus visis patet solutio argumentorum.

185

P r i m a s u p p o s i t i o⁸ est quod praedestinatio activa non est aliqua res distincta quocumque modo a Deo vel divinis personis, nec reprobatio activa, nec praedestinatio passiva est aliquod absolutum vel respectivum distinctum aliquo modo a praedestinato. Sed hoc nomen ‘praedestinatio’ vel conceptus, sive accipiatur active sive passive, et significat ipsum Deum qui datus est vitam aeternam alicui et illum cui datur, ita quod tria significat, scilicet Deum, vitam aeternam, et illum cui datur. Et similiter ‘reprobatio’ significat Deum daturum alicui poenam aeternam.

S e c u n d a s u p p o s i t i o⁹: quod omnes propositiones in ista materia sunt contingentes, sive sint praesentis temporis sicut istae ‘Deus praedestinat Petrum’, ‘Petrus praedestinatur’, sive praeteriti, sive futuri. Quia si aliqua esset necessaria, ista esset de praeterito; sed illa non est de necessario nec necessaria, puta illa ‘Petrus fuit praedestinatus’. Quia quaero utrum Petrus possit damnari, vel non. Si non, ergo necessario salvabitur, et tunc non oportet consiliari nec negotiari¹⁰, quod est absurdum. Si potest damnari — ponatur in esse — tunc haec est vera ‘Petrus est damnatus’; igitur post hoc instans haec semper erit vera ‘Petrus fuit damnatus’. Et per te haec est necessaria ‘Petrus fuit praedestinatus’; ergo illae erunt simul verae: ‘Petrus fuit praedestina-

195

200

205

184 primo om. CDF 185 argumentorum] prius solutorum add. E, iam solutorum add. H
 186 praedestinatio] seu praesentia sive add. E || activa] sive passiva add. E 187 aliqua] alia A,
 vera H || vel] et AB, nec H 190 vel conceptus om. FG || conceptus] praesentia E || et om. CF
 190-191 et significat] consignificat D 192 datur] vita aeterna add. E 193 datur] vita aeterna
 add. H || Et similiter] Item FG 193-194 daturum alicui om. FG 194 aeternam] et istum cui
 datur add. FG 195 Secunda suppositio] Ista suppositio habetur ex logica sua add. mg. C
 196-197 sicut... praeteriti om. H 198 Quia] Quoniam E, Et FG 198-199 ista... necessaria om.
 (hom.) CE 198 est] eset AB 199 de... nec om. FH || nec om. G 199-200 Quia... non¹¹] ut
 probatum est superius. Tunc peto an Petrus posset damnari an non F 199 Quia] Tunc C 202 po-
 test damnari] sic CFG || est] nunc add. EH 203 est] nunc add. H 204-207 Et... Scotus] sic starent
 contradictoria FG 205-206 ergo... praedestinatus om. (hom.) CH

⁸ Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 41, q. 1 F (ed. Lugduni 1495). ⁹ Cf. Guillelmus de Ockham, *Summa Logicae*, pars III-3, c. 32 (*Opera Philosophica* I, ed. cit., pp. 712ss.) et *Sent.*, I, d. 38, q. unica N (ed. Lugduni 1495). ¹⁰ Aristot., *Periherm.*, cap. 9 (18b 31-33); *Ethica Nicom.*, VI, c. 5 (1140a 35 – 1140b 1).

tus' et 'Petrus fuit reprobatus'. Et ex istis sequuntur contradictoria, sicut patet. Et illam conclusionem dicit *Scotus*¹¹.

Tertia suppositio¹²: quod aliquae sunt propositiones de praesenti secundum vocem et secundum rem, et in talibus est univer-
saliter verum quod omnis propositio de praesenti vera habet aliquam
de praeterito necessariam, sicut tales: 'Sortes sedet', 'Sortes ambulat',
'Sortes est iustus', et huiusmodi. Aliquae sunt propositiones de praesenti
tantum secundum vocem et sunt aequivalenter de futuro, quia
earum veritas dependet ex veritate propositionum de futuro; et in
talibus non est ista regula vera quod omnis propositio vera de praesenti
habet aliquam de praeterito necessariam. Et hoc non est mirabile, quia
sunt propositiones verae de praeterito et de futuro quae nullam habent
veram de praesenti, sicut istae 'album fuit nigrum', 'album erit ni-
grum', quae sunt verae, et sua de praesenti est falsa, scilicet ista 'album
est nigrum'.

Quarta suppositio¹³: quod omnes propositiones in ista
materia, quantumcumque sint vocaliter de praesenti vel de praeterito,
sunt tamen aequivalenter de futuro, quia earum veritas dependet ex
veritate propositionum formaliter de futuro. Sed ex tertia suppositione
patet quod tales verae de praesenti non habent aliquam de praeterito
necessariam, sed solum contingentem, sicut illa de praesenti est con-
tingens. Ex quibus sequitur quod nulla propositio de praesenti in ista
materia habet aliquam de praeterito necessariam.

206-207 sicut... *Scotus* om. CF 207 Et... *Scotus*] Ex hac E „conclusionem] distinctionem H
208 suppositio] est add. DEF 209 praesenti] inesse E 211 necessariam] si sint quaedam condi-
ciones etc. add. X „sedet] videt DX 212 iustus] malus D Aliquae] Sed aliquae FG, Aliquae autem
CDX propositiones] de inesse et add. E 213 tantum om. E „aequivalenter] aequivalentes illis CFG
215 non... quod] ista regula non habet veritatem vel necessitatem FG 215-216 non... necessariam]
ista regula non habet veritatem, quia eorum veritas dependet ex veritate propositionum de futuro. Sic
ista regula 'omnis propositio de praesenti' etc. non habet verum C 215 vera¹ om. X 216-217 hoc...
sunt] aliquae FG 217-218 que... veram] sed nullam habet veritatem FG 218 erit] fuit E, corr.
ex fuit A 219 sua] suae FG, om. C „est falsa] sunt falsae CFG [scilicet] sicut FGH 220 ni-
grum] nigrum est album add. E 222 vocaliter] verae C, om. H 225 aliquam] veram FG
226 sicut] sed A, si H 227 sequitur] patet FG 227-228 de... necessariam] praeteritam de ne-
cessario CFG

¹¹ Cf. *Scotus*, *Reportatio Paris.*, I, d. 40, q. unica, n. 12 (ed. Wadding, XI,
222) et *textus compositus*, I, d. 38, p. 2 et d. 39, qq. 1-5, in Appendix A *Ordina-
tionis* (ed. Vaticana, VI, 409-11). ¹² Guillelmus de Ockham, *Summa Logicae*,
pars III-3, c. 32 (*Opera Philosophica* I, ed. cit., pp. 712s.). ¹³ Guillelmus de
Ockham, ibidem.

Quinta s u p p o s i t i o¹⁴: quod secundum intentionem Philosophi non solum in futuris contingentibus, immo etiam in illis de praesenti et de praeterito quae aequivalent illis de futuro, Deus non plus scit unam partem contradictionis quam aliam, immo neutra secundum eum est scita a Deo, quia secundum eum, *I Posteriorum*¹⁵, nihil scitur nisi verum. Sed in illis non est veritas determinata, quia secundum eum nulla ratio potest assignari quare magis una pars sit vera quam alia, et ita vel utraque pars erit vera vel neutra; sed non est possibile quod utraque pars sit vera, ergo neutra, et igitur neutra scitur.

Sexta s u p p o s i t i o¹⁶: quod indubitanter est tenendum quod Deus certitudinaliter scit omnia futura contingentia, ita quod certitudinaliter scit quae pars contradictionis erit vera et quae falsa, ita tamen quod omnes tales propositiones ‘Deus scit hanc partem contradictionis esse veram’ vel ‘illam’ sunt contingentia et non necessariae, sicut prius dictum est. Sed difficile est videre quomodo haec scit, cum una pars non plus determinetur ad veritatem quam alia.

245

Et dicit Doctor Subtilis¹⁷ quod intellectus divinus, prout quodammodo praecedit determinationem voluntatis divinae, apprehendit illa complexa ut neutra, et voluntas determinat alteram partem esse veram pro aliquo instanti, volens alteram partem esse veram^{17a} pro eodem instanti. Posita autem determinatione voluntatis, intellectus divinus videt determinationem voluntatis suae quae est immutabilis: videt evidenter alteram partem esse veram, illam scilicet quam voluntas sua vult esse veram certitudinaliter.

Sed contra istam opinionem: quia non videtur salvare certitudinem scientiae Dei respectu futurorum quae simpliciter

229 suppositio] est add. CFG || quod om. CD 231 de futuro] est necessaria add. E 236 sit vera om. FG || vel¹ om. AB || erit] est CH 238 igitur] ita CD, sic FG, per consequens H || neutra] neutrum AB, pars add. EH 239 suppositio] est add. CE || quod¹] sicut add. E || quod² om. E 241 et] vel AB 244 haec] hic A 244-45 haec... non] haec tunc sit vera nec E 244 scit om. FG 248 ut neutra] et ventura neutra, sic add. AB, sibi add. H || et] sed H, tunc add. CDFG 249 volens] nolens X || eodem] isto CDFGX 251 suae] divinae FG || videt] vult D 252 vult] velit H 254 opinio- nem] arguitur sic add. E, arguitur quod add. FG 255 futurorum] contingentium add. FH

¹⁴ Guillelmus de Ockham, ibidem, pp. 710ss. ¹⁵ Aristot., *Anal. Post.*, I, c. 1 (71b 19-26). ¹⁶ Guillelmus de Ockham, *Sent.* I, d. 38, q. unica L-O (ed. Lugduni, 1495). ¹⁷ Cf. Scotus, *Reportatio Paris.*, I, d. 38, q. 2, n. 3 (ed. Wadding, XI, 218) et *textus compositus*, I, d. 38, p. 2 et d. 39, qq. 1-5 in *Appendice A Ordinationis* (ed. Vaticana, VI, 428s.) et Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 38, q. unica D (ed. Lugduni, 1495). ^{17a} Potius ‘falsam’. Vide lin. 296.

dependent a voluntate creata; quia quaero, utrum illam determinatio-
nem voluntatis divinae necessario sequatur determinatio voluntatis crea-
tae aut non. Si sic, igitur voluntas necessario ageret sicut ignis, et ita
tollitur meritum et demeritum. Si non, igitur ad sciendum determinate
260 alteram partem contradictionis illorum requiritur determinatio volun-
tatis creatae, quia determinatio voluntatis increatae non sufficit, cum
voluntas creata possit in oppositum illius determinationis. Igitur cum
illa determinatio voluntatis non fuit ab aeterno, non habuit Deus
certam notitiam illorum.

265 Secundo sic: quando aliquid determinatur contingenter, ita
quod adhuc possibile est non determinari, et possibile est quod num-
quam fuisset determinatum, propter talem determinationem non po-
test haberi certa et infallibilis notitia; sed huiusmodi est determinatio
voluntatis divinae respectu futurorum contingentium secundum
270 eum¹⁸ et secundum veritatem; igitur propter talem determinationem
non potest haberi certa notitia a Deo de futuris contingentibus.

Confiratur: omnes tales sunt contingentes 'Deus ab ae-
terno voluit hanc partem esse veram', 'Deus ab aeterno determinavit
hoc' et huiusmodi — patet ex secunda suppositione — et possunt per
275 consequens esse verae et falsae; igitur propter talem determinationem
nulla habebitur certa notitia.

Ideo dico¹⁹ quod impossibile est clare exprimere modum quo
Deus scit futura contingentia. Tamen tenendum est quod scit contingen-
tia tantum. Et debet istud teneri propter dicta Sanctorum²⁰

256 creata om. FG 257 determinatio] voluntas EFG 259 tollitur] tolleretur CX || Si]
dicatur quod add. CFG 260 alteram] unam H || alteram... illorum] alterum E || requiritur] tunc
add. FG 261 increatae] divinae E 262 creata... oppositum] increata post modum E 263 non¹
om. X || habuit] habuerit B Deus om. X 264 certam om. D || illorum] aliorum C, ipsius D, illius E
265 sic] ad idem CFG | quando om. FG 268 huiusmodi] hoc A, haec DX, sic CFG 270 de-
terminationem] notitiam CFG 272 Confirmatur] quia add. EH 273 partem] contradictionis
add. H || determinavit] voluit E 274 huiusmodi] hoc FG, non add. G || secunda] aliqua A, om. H
274-275 per consequens] concedi E 276 nulla] non EH || habebitur] habetur DEH || notitia] co-
gnitio H 277 Ideo] Respondeo et FG || exprimere] clarum add. FG 278-279 scit²¹... tantum]
sic solutio quae tenetur contingenter est tantum A, sic est contingenter tamen B, sit contingenter tamen
DI, est contingenter E, scit contingenter ea H 279 Et] Item H || istud] ista AB

¹⁸ Cf. Scotus, ibidem. ¹⁹ Vide supra, lin. 244 et Guillelmum de Ockham,
Sent., I, d. 39, q. unica M (ed. Lugduni, 1495). ²⁰ August., *De Trinit.*, XV, c. 7,
n. 13 (PL 42, 1066s.); Boethius, *De consol. philos.*, V, prosa 6 (PL 63, 861; CSEL
LXVII, 124s.); Ioannes Damasc., *De fide orthodoxa*, c. 14, n. 4 (PG 94, 860); ver-
sio Burgundionis (ed. E. M. Buytaert, Franciscan Institute Publications, Text Se-
ries 8, St. Bonaventure, N.Y. 1955, 65).

qui dicunt quod Deus non aliter cognoscit fienda quam facta. Potest ²⁸⁰ tamen talis modus assignari, nam sicut ex eadem notitia intuitiva aliquorum incomplexorum potest intellectus evidenter cognoscere propositiones contingentes contradictorias, puta quod *a* est, *a* non est, eodem modo potest concedi quod essentia divina est notitia intuitiva quae est tam perfecta, tam clara quod ipsa est notitia evidens omnium ²⁸⁵ praeteritorum et futurorum, ita quod ipsa scit quae pars contradictionis erit vera et quae pars falsa.

Si dicatur quod illud quod non est in se verum non potest sciri ab aliquo; sed me sedere cras est huiusmodi; dico quod est vera, ita quod non falsa, tamen est contingenter vera, quia potest esse ²⁹⁰ falsa.

Contra: utraque pars istius ‘ego sedebo cras — ego non sedebo cras’ indifferenter potest esse vera; igitur non plus est una pars vera quam alia. Et sic neutra est nunc vera vel utraque; non utraque, igitur neutra. Dico quod una pars nunc determinate est vera, ita quod ²⁹⁵ non falsa, quia Deus vult unam partem esse veram et aliam esse falsam. Tamen contingenter vult, et ideo potest non velle illam partem, et partem aliam potest velle, sicut pars alia potest evenire.

Septima suppositio²¹ est quod ‘scire’ in ista materia accipitur large, scilicet pro cognitione cuiuscumque, et sic Deus cognoscit omnia tam incomplexa quam complexa, necessaria, contingentia, falsa et impossibilia; vel stricte, et sic idem est quod cognoscere verum, sicut loquitur Philosophus, *I Posteriorum*²², quod nihil scitur nisi verum.

280 qui] quae D, manifeste add. EH || qui dicunt] dicentium E 281 modus] mundus E
 282 incomplexorum] complexorum X || evidenter] credentis FG 283 contradictorias] continuas A,
 contrarias BCDEFGI || est¹] erit FG 285 quae est] quaecumque CDFGHIX || perfecte] perfectly FG,
 et add. EH || clara] clara FG || omnium] praesentum add. E 287 erit] sit E, est H || vera] vel falsa
 add. E || pars] est E, om. CDFGH 289 cras EH, fore sessurum X, om. alii || huiusmodi] igitur etc.
 add. EFG || est¹] una pars est modo determinate FG 290 est contingenter om. FG 292-293 sedebo
 cras] etc. et nihil FG 293 vera¹ om. H 294 nunc] non H || utraque¹] sed add. FG || utraque²]
 est vera add. FG 296 quia] quoniam E, ita quod X 296-298 quia... sicut] contingenter tamen
 vera, quia potest esse falsa indifferenter potest esse vera, igitur non plus est una vera quam alia, et sic neutra
 est vera vel utraque, tamen vult quod FG 297 contingenter] continue C || ideo] non add. A
 298 velle] nunc velle H, esse A 300-301 cognoscit] scit CFG 302 impossibilia] inopinabilia H
 || stricte] accipiendo add. C 303 sicut loquitur] Unde dicit E || loquitur... Posteriorum om. FG ||
 Philosophus] Aristoteles D || Posteriorum] Perihermenias C

²¹ Cf. Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 39, q. unica B (ed. Lugduni, 1495).
²² Aristot., *Anal. Poster.*, I, c. 4 (71b 19-26).

305 **O c t a v a s u p p o s i t i o**²³ est quod aliquae propositiones in ista materia sunt distinguendae secundum compositionem et divisionem, ut istae in quibus ponitur modus cum dicto, — ita quod in sensu compositionis denotatur quod modus ille praedicatur de praeiacente illius dicti vel de propositione illius dicti, sed in sensu divisionis denotatur
 310 quod praedicatum talis dicti vel propositionis talis dicti praedicatur de illo pro quo supponit subiectum eiusdem cum tali modo, sicut patet in *Logica*²⁴. Ex quo patet quod ista, et sibi similes, ‘praedestinatus potest damnari’ non est distinguenda secundum compositionem et divisionem.

315 **N o n a s u p p o s i t i o**²⁵: quod ‘causa’ ad praesens dupliciter accipitur: uno modo pro re aliqua habente aliam rem tamquam suum effectum, et dicitur causa ‘ad cuius esse sequitur aliud’²⁶, quia ipsa posita ponitur effectus, et non posita non potest ponи. Alio modo dicitur quando importat prioritatem unius propositionis ad
 320 aliam secundum consequentiam, sicut dicimus quod quando ab una propositione ad aliam est consequentia naturalis et non e converso, antecedens est causa consequentis et non e converso.

His visis, potest responderi ad argumenta, quae facta sunt, probantia quod praedestinatus potest damnari, et etiam ad alia fienda pro
 325 aliis quaestionibus tangentibus scientiam Dei respectu futurorum contingentium.

305 est om. CEH [aliquae] aliquando E 307-308 compositionis] composito CEF^G 309 vel...
 dicti²³ om. (hom.) EFG || divisionis] diviso C, om. A 312-314 Ex... divisionem om. CDEFG 313 non
 om. X 316 aliqua om. AB 318 potest ponи] ponitur effectus X 319 dicitur] causa add. E ||
 unius] alicuius CH 321 est] una add. E, bona add. X || naturalis] materialis FG || non om. FG
 323 quae... sunt] iam facta FG, quaedam supra H 323-324 quae... probantia] facta quod videlicet
 propositiones E 324 praedestinatus] non add. EH ; etiam... alia] sunt necessaria ad alia argumenta
 CFG fienda] statim add. C 325 quaestionibus] conclusionibus CDFGX 325-326 contingentium]
 Et sic est finis tractatus Magistri Guillelmi Okam de praedestinatione et praescientia add. E, sine
 explicit finit A, Utrum Deus respectu omnium futurorum add. D, et deinde desinit.

²³ Guillelmus de Ockham, *Expositio in librum Perihermenias*, II, c. 5, § 4,
 lin. 151-177 (supra, pp. 465s.); *Summa Logicae*, pars II, c. 9 (*Opera Philosophica* I,
 ed. cit., p. 273, lin. 3-25). ²⁴ Guillelmus de Ockham, locis cit. ²⁵ Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 41, q. unica F (ed. Lugduni, 1495). ²⁶ Cf. *Sententiae ex Aristotele collectae* (inter opera Bedae, PL 90, 982).

[QUAESTIO II]

DE SCIENTIA DEI RESPECTU FUTURORUM CONTINGENTIUM]

Utrum Deus respectu omnium futurorum contingentium habeat notitiam determinatam, certam, infallibilem, immutabilem et necessariam respectu unius partis contradictionis¹. 5

[PRIMUS ARTICULUS]

Et primo, quod non determinatam:

Quia in futuris contingentibus non est determinata veritas nec falsitas², ergo etc.

Secundo: si sic, sive consiliaremur sive non, necessario eveniret quod sic a Deo est cognitum, et per consequens frustra consiliaremur vel negotiaremur.

Tertio sic: si sic, Deus esset limitatae potentiae. Probatio: quia si Deus potest facere determinate hoc ita quod non suum oppositum, est determinatae et limitatae potentiae; igitur similiter etc. 15

Quarto: quod non est in se verum, non scitur a Deo notitia determinata; sed futurum contingens est huiusmodi; igitur etc.

Ad oppositum est fides.

[RESPONSIO AUCTORIS]

Ad istam particulam dico, sicut dictum est in suppositione sexta³, 20 quod Deus habet notitiam determinatam respectu futurorum contin-

QUAEST. II. – 3 Utrum] Secundo quaero utrum CFG 7 Et primo] Et F, videtur G, Et probo H, primo I || non] habet notitiam add. FG 10 Secundo] Praeterea H 11 sic] sit BI || est] erit H, om. BI 12 vel] et BFGH 13 Tertio] Praeterea H || sic⁴ del. FG, om. I || sic⁵] nunc add. H || potentiae] scientiae H 14 facere] habere FG || facere determinate] determinare H 15 determinatae] virtutis add. H || igitur... etc. om. H || similiter om. CFGH 16 se] determinate add. H 20 particulam] quæstionem H || dico] dicitur B

QUAEST. II. – Problemata eodem ordine proponuntur apud Scotum, *Reportatio Paris.*, I, dist. 38-39 (ed. Wadding, XI, 217-20) et textus compositus, I, d. 38, p. 2 et d. 39, qq. 1-5, in Appendix A *Ordinationis* (ed. Vaticana, VI, 401-44). ⁶ Aristot., *Periherm.*, c. 9 (18a 33 – 19b 4); textum Aristotelis fusius exponit Guillelmus de Ockham, *Expositio in libros Perihermenias Aristot.*, I, c. 6, §§ 7-15 (supra, pp. 414-21); cf. etiam *Summa Logicae*, pars III-3, c. 32 (*Opera Philosophica I*, ed. cit., p. 710).

⁷ Supra, q. I, lin. 239-45.

gentium, quia determinate scit quae pars contradictionis erit vera et quae falsa.

[AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

25 Ad primum patet quid sit dicendum, ex quinta suppositione⁴, quia secundum intentionem Philosophi in futuris contingentibus quae dependent simpliciter a potentia libera, puta a voluntate creata, neutra pars est determinate vera. Patet ibidem⁵. Sed quid sit dicendum secundum veritatem et fidem, patet ex suppositione
30 sexta⁶.

Ad secundum: prima consequentia non valet, quia licet determinate sciat unam partem, tamen contingenter scit et potest non scire et potuit numquam scivisse, et ideo expedit consiliari.

Ad tertium: nego consequentiam. Ad probationem dico quod
35 verum est: si Deus ita causaret unam partem contradictionis quod non posset causare aliam, tunc esset limitatae potentiae. Et similiter si sic sciret unam partem quod non posset scire aliam, haberet scientiam limitatam et imperfectam. Sed neutrum est verum.

Ad quartum patet quod minor est falsa. Sic tamen est vera
40 quod est contingenter vera, quia potest esse falsa, et potuit numquam fuisse vera.

[SECUNDUS ARTICULUS]

Secundo arguitur ad secundam particulam, videlicet quod non habet certam et infallibilem notitiam.

45 Probatio, quia sequitur 'Deus novit me sessurum cras, et non se-debo cras, ergo decipitur'. Haec consequentia patet, quia credens illud esse in re quod non est in re decipitur, igitur a simili: 'Deus novit

22 contradictionis] determinate add. H, om. FG erit] sit F, est H 25 quinta] hac BIX
28 determinata FG 29-30 ex... sexta] per suppositionem sextam FG 31 secundum] argumentum add. I, dico quod add. FG i prima] secunda FG, om. I 33 potuit] poterit
BHI i numquam] non H 34 consequentiam] tunc add. CF 35 est] quod add. BI 36 potentiae] et virtutis H i Et om. H i similiter] etiam CF i sic] ita H 37-38 scientiam... et] limitatam
quia I 38 et imperfectam om. HX 39 Sic... vera] Et tamen sic est falsa FG i vera] Non minor,
quia minor est falsa, sed notitia contingentis futuri. 40 est... vera om. FG vera om. BI i falsa] vera FG
potuit] poterit H 43 Secundo] principaliter add. CEF arguitur] arguo BEHIX i videlicet] videtur
CFGIX, scilicet H 45 novit] scivit FG 46 ergo] Deus add. FG 46-47 Haec... decipitur om.
(hom.) FG 47 esse] verum add. CX i est] verum add. C similii] principali add. H, si add. FG
novit] scivit FG

⁴ Supra, q. I, lin. 229-38.

⁵ Ibidem.

⁶ Supra, q. I, lin. 239-99.

me sessurum cras, et possibile est me non sedere cras, igitur potest decipi'. Probatur haec secunda consequentia, quia sicut ad duas de inesse sequitur conclusio de inesse, ita ad unam de inesse et aliam de possibili 50 sequitur conclusio de possibili.

S e c u n d o s i c : si Deus novit me sessurum cras, et possum non sedere cras, — ponatur in esse 'non sedebo cras' —, sequitur tunc quod Deus decipitur, quia ex positione possibilis in esse non sequitur impossibile; igitur haec 'Deus decipitur' non est impossibilis. 55

A d o p p o s i t u m est fides.

[RESPONSIO AUCTORIS]

Dico quod sic, et probatur per suppositionem sextam⁷.

[AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

Ad p r i m u m i n o p p o s i t u m dico quod prima consequentia est bona, licet non syllogistica, quia decipi est opinari aliter rem esse quam sit in re pro tempore pro quo creditur sic esse. Et hoc importatur per illas praemissas de inesse, quia per illas importatur quod Deus credit aliter esse quam erit. Et ex illis duabus, si possent esse simul verae, sequitur conclusio. Sed non possunt esse simul verae, quia sequitur 'si Deus novit me' etc., igitur haec est vera 'ego sedebo cras', quia nihil scitur nisi verum. Igitur sua opposita est falsa, quia aliter contradictoria essent simul vera. Sed quidquid sit de prima consequentia, secunda non valet, quia ad hoc quod talis mixtio valeret, oporteret quod maior esset de inesse simpliciter, ita quod semper esset necessario vera quantumcumque illa de possibili poneretur in esse. Et tunc sequitur con-

48 igitur] possibile est ipsum decipi et per consequens add. X 49 secunda om. H duas] praemissas add. FGX 49-50 duas... inesse] te secundo membro duas I 50 aliam] ad unam H 52 sic] ad idem add. CFG ; si om. X [possum] possibile est me FG 53 cras²] et add. CFGI 54 quia] sed FG [positione] impositione FGI ; possibilis] posita FG 55 non... impossibilis] sequitur ex possibili non est impossibile FG ; impossibilis] possibilis I 58 sic... sextam] sit vera. Pater suppositione sexta FG 61 bona] vera HX 62 sic om. BHI 62-63 hoc importatur] licet importetur CFGI, licet sic inferre quia sic importatur X 63 praemissas] sic esse quae sunt add. CFG ; per illas] scilicet per istas praemissas FG 65 conclusio] quod sit vera add. X 66 si Deus om. I 67 sua... falsa] suum oppositum est falsum FG ; aliter] dico add. FG 68 vera] quod intellectus non capit add. X [consequentia] certum est quod add. CFG ; secunda] tamen add. X 69 talis... valeret] ipse concludat H ; mixtio om. FG ; oporteret] oportet H 70 esset¹] sit H ; ita] si igitur ista FG ; esset²] erit H ; necessario om. H

⁷ Ibidem.

clusio de possibili, et aliter non. Assumptum probo, quia si arguitur ex opposito conclusionis cum ista de possibili, tantum inferetur oppositum unius propositionis necessariae et de inesse simpliciter. Verbi 75 gratia, sic arguendo 'Deus non potest decipi, et possibile est me non sedere cras', sequitur tantum ista conclusio 'ergo Deus non necessario scit me sessurum cras sed tantum contingenter'. Igitur ad hoc quod prima mixtio valeat, oportet quod maior sit de inesse simpliciter. Sed patet quod non est, quia est mere contingens, quia potest esse vera et potest 80 esse falsa et numquam fuisse vera. Patet ex praecedentibus, scilicet ex suppositione secunda et tertia⁸.

A d s e c u n d u m dico quod ex sola positione alicuius propositionis possibilis in esse numquam sequitur impossibile. Tamen illa de inesse in qua ponitur illa de possibili potest repugnare alicui propositioni de inesse cui non repugnat illa de possibili quae ponitur in esse, quia antecedens potest repugnare alicui cui non repugnat consequens, sicut albedo alicui repugnat cui non repugnat color. Et illa de inesse infert illam de possibili et non e converso, — patet; et ideo ex illa de inesse quae antecedit ad illam de possibili et alia de inesse sibi repugnante 90 potest sequi conclusio impossibilis, quia non sequitur ex illa de possibili quae est consequens et alia de inesse. Unde mirum non est si ex praemissis incompossibilibus sequitur conclusio impossibilis, quia in syllogismo ex oppositis sequitur conclusio impossibilis.

Modo a d p r o p o s i t u m d i c o quod ex ista 'possibile est me 95 non sedere cras' — posita in esse — nullum sequitur impossibile. Sed ex ista in qua ponitur in esse, puta 'ego non sedebo cras' et ista 'Deus novit me sessurum cras', sequitur hoc impossibile 'Deus fallitur', et hoc quia praemissae sunt incompossibilis. Exemplum: istae sunt simul verae 'Sortes sedet' et 'Sortes potest stare', tamen istae 'Sortes sedet' et 'Sortes stat' 100 non stant simul, immo repugnant; et ideo ex istis duabus sequitur quod

72 probo] patet. Probatio I . arguitur] arguuntur CFG, arguuntur B, om. I
add. FG 74 et] non add. X 74-75 simpliciter... gratia] sequitur vere igitur FG 78 mixtio]
consequentia FG Sed] sic FG, sicut BCHI 79 est^{1]}] valet FG, om. CX 81 secunda et om. H
83 possibilis] s. lin. F, de add. CFG 85 non om. X 85-86 quae... alicui om. FG 86 conse-
quentis] conclusio B 87 color] puta nigredini add. I Et] quia H 88 possibili] impossibili I
non om. I 90 conclusio] consequens H, om. I : quia] quae FGH 91-92 Unde... impossibilis
om. FG 92 incompossibilibus] imposlibus impossibilibus (!) H 94 propositum] primum H
95 non om. CFG 96 in qua] quae F, in quantum H 97 hoc impossibile] haec impossibilis FGX
100 immo] sed CFG 100-101 quod sedens] impossibilis, scilicet quod sedens etiam FG

⁸ Supra, q. I, lin. 195-220.

sedens est stans. Quae tamen conclusio non sequitur ex istis: ‘Sortes sedet’ et ‘Sortes potest stare’. Et tota causa est repugnantia praemissarum in uniformi et non in mixtione. Et eodem modo per omnia est in proposito.

[TERTIUS ARTICULUS]

105

Tertio arguitur quod non habeat scientiam immutabilem de futuris contingentibus.

[ARGUMENTA IN OPPOSITUM EORUMQUE SOLUTIONES]

Primo sic: non potest esse transitus de contradictorio in contradictorium sine omni mutatione. Et probatur, quia non videtur quod illud quod prius fuit verum sit modo falsum vel e converso nisi sit aliqua mutatio; sed Deus sciens hanc propositionem contingentem ‘ego sedebo’, potest non scire eam, quia potest esse falsa, et falsum non scitur. Et similiter, Deus non scit modo istam propositionem ‘ego sum Romae’, quia haec nunc est falsa, et potest eam scire modo ad annum quando erit vera, igitur videtur quod Deus mutetur. Similiter, modo scit istam de futuro ‘ego cras legam’ — ponatur quod sit vera; et post cras non sciet istam ‘cras legam’, quia tunc erit falsa:

Dico quod loquendo de propositionibus mere de praesenti, 120 quae nullo modo dependent a futuro, sic dico quod sicut tales possunt mutari de veritate in falsitatem et e converso, ita potest Deus tales aliquando scire et aliquando non, et scire illas postquam non scivit, et non scire postquam scivit, et scire aliquam propositionem quam prius non scivit, sine omni mutatione sui, propter solam mutationem in creatura vel in propositionibus talibus scitis, sicut dicitur primo ‘non creans’ 125 et postea ‘creans’ propter mutationem et positionem creature, quia

103–104 et¹... proposito] quia istae sunt verae in casu et consequens est possibile (impossibile G). Sic totaliter est in opposito FG 103 et¹... in² om. X 105 Tertius articulus B, om. alii codd. et X 106 arguitur] principaliter CFG, sic add. X 109 Primo] probo C, probatur FG de] contrario in contrarium et add. FG 110 Et] Hoc CFG 111 verum] quod add. B, et add. H 112 aliqua] talis add. CFGX 113 eam] ego sedebo cras add. I et] quia FGI 115 et] tamen add. FG 116 mutetur] mutabitur H 116–117 Similiter] Sicut FG 117 istam] eam I, cras legam om. FG 120 Dico] Respondeo FG 121 sic om. FG 122 dico... sicut om. H sicut om. FG tales] talem FG, om. HI 123 aliquando¹... et² om. (hom.) FG non² om. I scivit] istas add. FG 124 quam prius] postquam CFGX 125 omni] sui add. G, om. H 125–128 propter... sui om. (hom.) FG 126 primo non] prius H non om. I 127 postea] non add. I creans] vel non creans vel e converso add. H et positionem om. H, quia] et C 127–128 quia... intellectus] et sic intelligit H

hoc potest intellectus noster sine omni mutatione sui. Probatio: ponatur quod ego opiner istam propositionem esse veram 'Sortes sedet', 130 quae tamen est falsa, quia Sortes stat. Remanente illo actu in intellectu meo fiat illa propositio vera; iam scio eam quam prius nescivi, sine omni mutatione in intellectu meo sed tantum in re. Et sic intelligitur illud *VII Physicorum*⁹: quod in 'ad aliquid' non est motus, ita quod sit propositio particularis, non universalis, quia *Philosophus* inten- 135 dit ibi loqui de scientia quae cum sit ad aliquid, quod aliquis potest de novo scire aliquid sine omni mutatione in eo, sicut dictum est; vel etiam sicut dicit *Commentator*¹⁰: illa propositio dicitur secun- dum opinionem *Platonis*.

Sed loquendo de propositionibus de futuro, distinguo: quia 140 quaedam sunt futura quae non important aliquod praesens vel praeteritum, et in talibus impossibile est quod Deus talia futura prius sciat et postea non sciat, quia impossibile est quod ante *a* instans Deus sciat istam 'Sortes sedebit in *a*' et postea nesciat eam. Et causa est quia ante *a* non potest primo esse vera et postea falsa; sed si sit vera ante *a*, 145 semper fuit vera ante *a*, quia omnis propositio simpliciter de futuro si sit semel vera semper fuit vera. Quaedam sunt futura solum se- cundum vocem quae implicant praesentia vel praeterita esse futura; sicut si post *a* tempus proferatur ista propositio 'Sortes sedebit in *a*', quae implicant praeterita esse futura, scilicet quod *a* sit futurum et quod 150 sessio sit futura. Et talis de futuro potest mutari de veritate in falsita- tem, quia ante *a* fuit vera et post *a* est falsa; et tale futurum contingens potest Deus non scire postquam scivit sine omni mutatione ex parte sua, propter mutationem rei et transitionem temporis. Circa talia fu- tura est sciendum quod quaedam sunt vera et non incipiunt esse vera,

128 noster] non C Probatio] Primo CFGH 128-129 ponatur] probo H 130 est] sit FG
 quia... stat om. FG Remanente] et remanente C, manente FG, et respondentem H illo actu] ista op-
 nione s. lin. F actu] casu C 131 quam... nescivi] postquam non scivi eam FG 133 quod in] in
 B, ubi dicit quod FG, quod H, om. I 135 cum] tamen FG, tantum I 136 omni om. H 137 etiam
 om. H propositio] opinio FGH dicitur] determinatur X 139 distinguo] est distinctio FG i quia om. BI
 140 aliquod] tempus add. FG 141 et om. H prius] primo C, om. FG 142-143 quia... eam
 om. FG 142 instans] tempus A, quod H, om. CX Deus om. H 143 sciat] sciet H 144 ante
 a¹ om. F ante a² om. I 146 sit] fuit C solum om. CFGHX 147 quae] important vel add. H
 vel] et X om. FG 148 si om. FG 150 potest] ita add. H 151 et²] quod add. BCG II con-
 gressus om. FG 153 mutationem] ex parte add. FG transitionem] transmutationem CFG, ex parte
 add. FG 153-154 futura est om. FG 154 non] numquam CFG

⁹ Aristot., *Physica*, VII, c. 3, t. 20 (247b 1-3). ¹⁰ Averroes, *In Aristot. Physicam*, VII, t. 20 (ed. Iuntina, IV, f. 147r-v).

sed incipiunt esse falsa. Sicut, verbi gratia, sit *a* dies crastina: haec est ¹⁵⁵ nunc vera 'Sortes sedebit in *a*' — ponatur — et numquam incepit esse vera, tamen incipiet esse falsa, quia post *a* semper erit falsa. Et talis est ista 'Sortes est praedestinatus', quia ante beatitudinem semper est vera, si semel sit vera, sed post beatitudinem semper erit falsa. Quaedam sunt falsa et numquam incipiunt esse falsa, sed incipiunt esse vera, sicut ista ¹⁶⁰ 'Sortes non sedebit in *a*', quia ante *a* semper erit falsa — ponatur — et postea semper erit vera. Et talis est ista 'Sortes non est praedestinatus', quia ante beatitudinem fuit falsa et postea semper erit vera.

S e c u n d o arguitur ad idem sic: Deus potest scire plura quam scit, quia multas propositiones contingentes quae erunt verae quae ta- ¹⁶⁵ men nunc sunt falsae. Similiter potest scire pauciora quam scit, quia aliquas propositiones veras de praesenti quae semper postea erunt fal- sae. Ergo scientia sua est mutabilis:

D i c o quod loquendo de 'scire' et 'scientia' Dei stricte, si- cut dicitur suppositione septima ¹¹, quamvis Deus possit aliquid scire ¹⁷⁰ quod modo non scit, quia cum Deus isto modo nihil scit nisi verum, aliquando propositio quae modo non est vera, sicut 'me esse Romae', potest a Deo sciri, quae tamen modo non scitur ab eo. Tamen non debet concedi quod possit scire plura quam scit, quia nihil scitur a Deo nisi verum et omne verum scitur a Deo. Sed semper sunt aequalia vera, ¹⁷⁵ igitur semper sunt aequalia scita a Deo. Assumptum probo, quia non est possibile quod sint plura vera in uno tempore quam in alio, quia semper altera pars contradictionis est vera, et nihil est verum nisi sit altera pars contradictionis; nec est possibile quod utraque pars con- tradictionis sit vera, et per consequens tot sunt vera in uno tempore ¹⁸⁰ sicut in alio et nec plura nec pauciora, quamvis aliquid sit verum in uno tempore quod non est verum in alio tempore, et universaliter,

¹⁵⁵ Sicut] Si I, om. FG ¹⁵⁶ nunc om. FG || ponatur] quod sedebit in *a* add. G, om. F || et haec FGX ¹⁵⁷ vera] et add. GH ¹⁵⁸ est¹] erit H ¹⁵⁹ vera] falsa BG || sed] et FG ¹⁶¹ in *a*] cras FG || *a*²] cras FG || ponatur] si proferatur H, quod sedeat cras add. mg. F ¹⁶² postea] post sessio- nem F || est¹] erit BI || est²] erit BFG ¹⁶³ beatitudinem] semper add. CHI ¹⁶⁵ multas] istas CFG contingentes] de contingenti FG ¹⁶⁶ nunc] non FG, nec H || falsae] verae modo H || Simi- liter] Quare C, Sicut FC, Sic I ¹⁶⁷ veras om. CF ¹⁶⁹ Dico] Respondeo et dico G || Dei stricte om. H ¹⁷⁰ dicitur] in add. CFG, dicit HX || suppositione] suppositio HX || Deus om. FG ¹⁷² ali- quando] aliqua H, ideo aliqua FG || vera] potest tamen esse vera add. H || sicut] ista add. FG ¹⁷³ a Deo om. FG || non²] omnino G ¹⁷⁴ quod] non add. FG || nihil] aliud add. FG ¹⁷⁵ vera] verbi gratia BCIX ¹⁷⁶ igitur... Deo om. FG || semper sunt om. H ¹⁷⁷ sint] sunt FG, scit I ¹⁷⁸⁻¹⁸⁰ et... vcr¹ H, om. alii codd. et X ¹⁸⁰ sunt vera] vera scit FG ¹⁸¹ et om. HX ¹⁸² tem- pore¹ om. B, verum om. BF, tempore² om. GH ¹⁸²⁻¹⁸³ universaliter... quod] ultra quod H, sic FG

¹¹ Supra, q. I, lin. 299-304.

ita quod si aliquid fiat falsum quod prius erat verum, aliquid fit verum quod prius fuit falsum. Et ita non sequitur 'Deus potest scire plura 185 quae non scit et non scire plura quae scit, ergo potest scire plura vel pauciora quam scit'.

S i d i c a t u r quod quidquid Deus modo scit semper sciet illud, quia ex hoc quod Deus primo scit istam 'Sortes sedet', et postea scit istam 'Sortes sedit', non scit aliud sed idem, **d i c o** quod accipiendo 190 scientiam vel scire pro notitia Dei qua cognoscit illas propositiones, illa est eadem respectu omnium scibilium. Accipiendo tamen scire Dei prout importat ista complexa 'Sortes sedet, Sortes sedit', sic non est idem, quia ista complexa nec sunt eadem, nec aequipollent, nec sunt 195 convertibilia, quia una potest esse vera, altera existente falsa. Puta, si nunc primo Deus sciat istam 'Sortes sedet', haec tunc est falsa 'Deus scit istam: Sortes sedit' de praeterito; et similiter Sorte ambulante, tunc scit istam 'Sortes sedit', quia haec est vera, et non istam 'Sortes sedet', quia haec est falsa.

T e r t i o sic: eius scientia potest augeri quia potest scire plura 200 quam scit, et potest diminui quia potest scire pauciora quam scit; igitur potest mutari:

D i c o quod nec potest augeri nec minui, quia ipsa est indistincta respectu omnium. Sed potest vere numerus praescitorum augeri vel diminui? Potest dici quod in sensu compositionis haec est falsa, quia 205 haec est impossibilis 'numerus praedestinatorum est auctus vel diminutus', quia tunc denotatur quod numerus praedestinatorum est primo maior et postea fit minor, vel e converso. Et hoc est falsum, quia ista opposita non possunt successive verificari, quia quicumque est praedestinatus, ab aeterno fuit praedestinatus, quia omnis propositio sim- 210 pliciter de futuro quae non connotat aliquod praeteritum vel praesens,

183 erat] fuit FG 184 ita] ideo I, om. H „non sequitur] quod add. HX, om. FG „plura om. CFG
185 non¹] nunc H „et... scit² om. (hom.) CFG „que³] non add. BI : ergo potest] et tamen non F „vel]
neque F 186 quam scit om. I 187 sciet] concedo add. H 188 primo] prius FG, modo H,
sempre I scit] scivit FG 189 scit] scitur FG aliud... idem] aliquod secundum C 190 qua]
cognitione add. FG cognoscit] contingit BI 191 scibilium] cognoscibilium CFGX „Dei om. H
192 sedet] et add. BI 193 aequipollent] aequivalent CFG 193-194 nec... convertibilia om. FG
194 quia] et quia F, sed H 197 tunc] Deus H, non add. FG „istam] sed istam add. FG „sedet]
scitet BFG sedet... Sortes om. (hom.) I 197-198 quia... falsa om. FG 197-198 vera... est
om. (hom.) BC 199 Tertio] arguitur add. FG 200 diminui quia] dici quod X 202-204 quia...
diminui H, om. alii codd. et X 203 potest vere ita (pro: potestne?) H „praescitorum ita (pro: praedestinatorum?) H 204 Potest] Et potest C „compositionis] composito CFGX, divisionis I 205 praedestinatorum] eorum CIX „auctus] augmentus C 206 praedestinatorum] istorum FG 207 et...
fit] deinde H „postea] primo I „fit] sit CFG 208 successive] simul H „est] fuit FG

si semel sit vera, semper fuit vera. In sensu divisionis potest concedi, quia non denotatur plus nisi quod praeter illos qui nunc sunt praedestinati potest aliquis praedestinari. Et hoc est verum. Et tamen, si ista propositio ponatur in esse, concedendum est quod ille qui nunc est de numero praedestinatorum, semper fuit de numero illorum, et quod ²¹⁵ ille numerus qui prius ponebatur numerus non fuit numerus praedestinatorum sed alius numerus maior; sicut ex hoc quod una propositio de possibili ponitur in esse, quaelibet sibi repugnans est neganda, sicut ex hoc quod ponitur in esse ‘possibile est Sortem sedere’ debet haec negari ‘Sortes stat’.

220

Quarto arguitur sic: quicumque non scit *a* — propositionem contingentem — et potest scire *a*, potest incipere scire *a*, quia non videtur quod affirmatio sit vera post negationem postquam non fuit vera nisi incipiat esse vera; igitur si non scit *a* — propositionem — et potest scire *a*, potest mutari. Dico quod si per *a* intelligas propositionem contingentem de praesenti, tunc illa propositio est vera, et concedo tunc conclusionem, scilicet quod Deus potest incipere scire *a*. Sed non sequitur ultra ‘igitur mutatur’, — patet prius ¹². Si autem per *a* intelligas propositionem contingentem de futuro, sic illa non est vera; quia ad hoc quod esset vera, oporteret quod illae duae ²³⁰ essent successive verae ‘Deus non scit *a*’, ‘Deus scit *a*’, quae non possunt simul esse verae. Quia sicut nihil est scitum a Deo nisi verum, ita omne verum est scitum a Deo; et ideo si *a* sit vera, semper fuit vera, et per consequens semper fuit scita a Deo. Et ultra, igitur haec numquam fuit vera ‘Deus non scit *a*’, et per consequens ista conclusio non sequitur ²³⁵ quod ‘Deus potest incipere scire *a*’, quia numquam sequeretur nisi primo haec esset vera ‘Deus non scit *a*’, et post haec ‘Deus scit *a*’.

²¹¹ sensu] proprio add. H, vero add. X || divisionis] diviso CFG ²¹³ Et³... ista] Si H
²¹⁴ quod om. CI, nunc] modo H, om. F ²¹⁵ illorum] beatorum FG, praedestinatorum H ²¹⁷ maior]
 quia add. FG ²¹⁷⁻²²⁰ sicut... stat om. FG, ut patet eruditio in obligatoria arte add. X ²²¹ arguitur] arguo BH, non om. C ²²³ negationem] affirmationem I ²²⁴ si om. H || propositionem om. G, et] quod H, om. G ²²⁵ *a*] per istam regulam: si oppositum in opposito et propositum in proposito etc. Dico ad istam quod consequentia non valet, et regula debet intelligi quando arguitur ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis, et hic arguitur e converso, et ideo est fallacia consequentis; igitur si non scit *a* et potest scire *a* (vide infra, lin. 294-298) add. FG ²²⁶ praesenti] prae-
 terito CGX ²²⁷ concedo... conclusionem] conclusio I ²²⁸ mutatur] potest mutari H, sicut
 add. C, patet prius] sicut primum B, prius C, sicut prius X, om. FG ²²⁹ contingentem om. H
²³² simul] successive sed del. B, sic X, om. CH, omne] quod est add. H ²³³ ideo... sit] sic FG || fuit]
 erit BCIX ²³⁵ non¹ om. I, *a*] istam F, om. G || conclusio om. H ²³⁶ quod] scilicet FG, om. H ||
 sequeretur] hoc sequitur C ²³⁷ primo] propositio X " esset] sit FG || non om. H

¹² Hic supra, lin. 120-38.

Quinto sic: si Deus non scit *a* et potest scire *a*, hoc erit per intellectum, igitur est ibi potentia naturalis activa; sed talis non potest agere postquam non egit sine mutatione; igitur Deus mutatur. Dico quod ista propositio ‘potentia naturalis non potest agere’ etc., est vera quando istae propositiones possunt successive verificari ‘talis potentia agit’ — ‘talis potentia non agit’, et quando non, non. Unde si istae possent esse successive verae ‘Deus intelligit *a* futurum contingens’ — ‘Deus non intelligit illud’ sequeretur quod Deus mutabilis esset, quia non posset salvari per mutationem futuri contingentis, quia illud non potest mutari de veritate in falsitatem ita quod sit primo verum et postea falsum. Quia, sicut frequenter dictum est, quantumcumque ponatur quod Deus non intelligat *a*, quia est falsa et potest esse vera, si ponatur in esse quod haec sit vera, haec tunc est vera ‘Deus intelligit *a*’, et semper fuit vera ‘Deus intelligit *a*’. Et per consequens haec semper fuit falsa ‘Deus non intelligit *a*’; sicut si una pars contradictionis semper fuit vera, altera semper fuit falsa, et e converso.

[QUARTUS ARTICULUS]

Quarto arguitur¹⁸ quod Deus habeat limitatam scientiam necessariam de futuris contingentibus.

[ARGUMENTA IN OPPOSITUM CUM SOLUTIONIBUS EORUM]

Quia sequitur ‘Deus scit *a* immutabiliter, igitur necessario’. Consequentia probatur, quia non ponitur in Deo nisi necessitas immutabilitatis, igitur quidquid est in eo immutabiliter, est in eo necessario. Dico quod hoc potest intelligi dupliciter: uno modo, quod scientia Dei qua sciuntur futura contingentia sit ne-

238 Deus om. G 239 ibi om. CFG 243 talis] non add. CFG | et... non³ om. FGX 244 Deus] non add. CFG 245 non om. CFG | sequeretur] sequitur CFG 246 salvari om. FG 247 potest mutari] mutatur FG | et om. H 248 sicut] iam add. CFG 249-250 potest esse] poterit esse A, postea ponatur mg. F 251 et... a om. (hom.) CI 251-252 et¹... a om. (hom.) FGX 252 si om. BI 252-253 contradictionis om. FG 253 altera] aliqua FG | fuit] erit BC | et... converso om. FG 255 Quarto] Sexto X | arguitur] principaliter add. CFG | habeat] limitatam add. BFGDX 258 igitur] scit *a* add. H 259 probatur] patet FG | necessitas] scientia CFGHX 259-260 immutabilitatis] mutabiliter I 260 immutabiliter] est immutabile igitur F | in eo³ om. FG 262 quod] quia BCI

¹⁸ Cf. Guillelmus de Ockham, *Sent.*, I, d. 38, q. unica N-O (ed. Lugduni, 1495).

cessaria. Et hoc est verum, quia ipsa essentia divina est unica cognitio necessaria et immutabilis omnium tam complexorum quam incomplexorum, necessariorum et contingentium. Secundo mō-²⁶⁵ dō, quod per illam scientiam sciantur necessario futura contingentia. Et sic non est necessaria, nec debet concedi quod Deus habeat scientiam necessariam de futuris contingentibus sed potius contingentem, quia sicut hoc futurum contingens contingentiter erit, ita Deus scit ipsum contingentiter fore, quia potest non scire ipsum fore, si ²⁷⁰ ipsum scit.

Tunc ad argumentum dico quod consequentia non valet, quia quamvis ipsa scientia sit immutabilis, et obiectum scitum — scilicet futurum contingens — sit immutabile sic quod non potest esse primo verum et postea falsum, sicut frequenter dictum est, non ²⁷⁵ tamen sequitur quod necessario Deus scit illud sed contingentiter, quia licet ipsum a non possit mutari de veritate in falsitatem, nec e converso, tamen est contingens, et ita potest esse falsum et per consequens non sciri a Deo, et ita contingentiter scitur a Deo et non necessario. Est igitur ibi fallacia consequentis, quia sequitur e converso et non sic. ²⁸⁰ Similiter hic est fallacia consequentis: a non potest esse primo verum et postea falsum, igitur non potest esse falsum; quia sequitur e converso et non sic.

Et quando probatur consequentia, quod ibi non est necessitas nisi immutabilitatis, concedo, quia alii modi necessitatis, scilicet coactionis etc., non ponuntur in Deo propter imperfectionem. Et ideo bene sequitur ‘ibi est necessarium, igitur est immutabile’, et non e converso, quia omne necessarium est immutabile, et non e converso, nisi loquendo de illis immutabilibus quae sunt ipse Deus. Multa enim complexa sciuntur a Deo immutabilia, quae tamen non sunt necessaria ²⁹⁰ sed simpliciter contingentia.

263 ipsa... divina] ipsum esse divinum H | unica om. FG 263-264 cognitio **necessaria** om. I
 265 Secundo] alio CFGX 266 illam scientiam] ipsam FG 267 **necessaria** nec] verum immo
 non FG || quod... habeat om. H 268 necessariam] necessario FG 269 contingentiter om. I
 270-271 quia... scit om. FG 270 quia... fore om. (hom.) H 271 scit] sit X 272 dico... con-
 sequentia om. H 273 quamvis] licet FG | scientia om. H | immutabilis] mutabilis I, fore add. FG ||
 obiectum] oppositum B, omnium H 273-274 scitum... futurum] scit futurorum H 274 im-
 mutabile] mutabile CI 275-276 non tamen] nunc tantum I 276 Deus om. FGH | scit illud om. H
 || sed contingentiter om. FG 280 ibi om. CFG | fallacia consequentis] falsa contingentiter C || sequitur et
 add. B, et non add. I | et om. CFG | non] autem add. CFG 281 fallacia consequentis] falsa C | pri-
 mo om. H 283 et... sic om. H 284 quod] quia FGH 285 immutabilitatis] immutabilitas
 FGH || concedo] concordo FG, et praedicto modo add. F || necessitatis] variationis CFG 285-286 sci-
 licet coactionis] scilicet creationis X, om. CFGH 286 etc. om. H 287 ibi] illud CX || est^a om.
 FGH || et non] sed FG, nec I 288 quia... converso^a om. (hom.) FH 290 complexa om. FG

S e c u n d o arguitur sic: omne possibile est mutabile, igitur omne immutabile est necessarium; sed scientia Dei est immutabilis; igitur etc. Vel sic: hoc est mutabile, igitur est contingens; igitur similiter: ²⁹⁵ hoc est immutabile, igitur est necessarium, — per illam regulam: si oppositum de opposito, et propositum de proposito. D i c o ad illam quod consequentia non valet. Ad regulam dico quod habet intelligi quando arguitur ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis; sed hic arguitur e converso, et ideo est fallacia consequentis.

T e r t i o sic: quidquid potest esse in Deo de necessitate est Deus, quia est immutabilis; sed scire *a* potest esse in Deo; igitur necessario est in Deo, igitur necessario scit *a*. D i c o quod illud quod est in Deo vel potest esse in eo formaliter necessario est Deus; sed scire *a* non est sic in Deo sed tantum per praedicationem, quia est quidam conceptus ³⁰⁵ vel nomen quod [aliquando] praedicatur de Deo et aliquando non. Et non oportet quod sit Deus, quia hoc nomen 'Dominus' praedicatur de Deo contingenter et ex tempore et tamen non est Deus.

Quarto sic: omnis perfectio simpliciter est in Deo necessario; sed scire *a* est huiusmodi; ergo etc. Minor probatur, quia aliter Deus ³¹⁰ non esset perfectus si nesciret *a*, quia non est imperfectus nisi propter parentiam alicuius perfectionis simpliciter; igitur necessario scit *a*. D i c o quod aliquando accipitur perfectio simpliciter pro perfectione quae est Deus, cui non potest addi alia perfectio. Et sic 'scire *a*' non est perfectio simpliciter, quia est conceptus vel vox. A l i q u a n d o ³¹⁵ accipitur pro aliquo conceptu, ex cuius negatione ab aliquo sequitur ipsum esse imperfectum. Et sic adhuc 'scire *a*' non est perfectio simpliciter, quia non sequitur 'Deus non scit *a*, igitur Deus est imperfectus', quia si *a* sit falsum, tunc Deus non scit *a*.

S i d i c a t u r: sequitur 'Deus non scit *a*, *a* est verum, igitur ³²⁰ Deus est imperfectus', concedo quod si ambae praemissae sint

292 arguitur] arguo BX sic] ad idem add. FG 294 Vel] arguitur add. FG 295-299 per... consequentis] Dico ad istam secundam rationem quod consequentia non valet FG (*sed vide lectiones variantes, supra, lin. 225*) 295 si] sicut H 295-296 si... proposito] ab opposito oppositum et de proposito propositum X 296 illam] rationem add. HI, secundam rationem add. X 300 Tertio] arguitur add. H || de... Deus] est Deus necessario H 301 sed] igitur FG || a] Dei H 302 scit *a*] est Deus H 303 necessario om. CFGX 304 quidam] genus vel add. H 305 aliquando¹ F (?) H, om. alii codd. et X 306 Et] ideo add. H oportet sic add. BI, omne quod sic est in Deo add. mg. F hoc nomen] haec nomina FG, Dominus] Deus CH, Deus Creator FG, sciens tale X || praedicatur] praedicantur FG 307 non om. FG 308 sic om. B 310 perfectus] imperfectus X || si nesciret] nisi nesciret] nisi sciret CFGX, si non sciret H || imperfectus] perfectus I || propter] aliquam imperfectionem sive add. H 313 a om. FGH 314 vox] terminus F, om. (lac.) G 315 aliquo¹ om. CFGX 318 tunc om. CH 319 sequitur om. CGHI || a¹] et add. CFGX 320 quod] quia G, om. CI || praemissae om. FG || sint] sunt FGH

verae quod tunc sequitur conclusio. Sed ex veritate primae praemissae non sequitur aliqua imperfectio in Deo, quod tamen requiritur ad hoc quod esset perfectio simpliciter. Exemplum: ex veritate istarum duarum ‘Deus non est dominus’ et ‘homo est servus’ sequitur imperfectio in Deo, scilicet quod non sit dominus cuiuslibet servi; sed ex prima ³²⁵ praemissa nulla sequitur imperfectio in Deo, quia posito quod nulla creatura sit, tunc non sequitur ‘Deus non est Dominus, est igitur imperfectus’.

Quinto sic: omne scitum a Deo fore necessario erit; *a* est scitum a Deo fore; igitur *a* necessario erit. Maior est de necessario, quia ³³⁰ praedicatum necessario inest subiecto; et minor est de inesse simpliciter, quia est vera pro aeternitate; igitur sequitur conclusio de necessario. Dico quod maior est falsa, quia exprimit sensum divisionis, et multa scita a Deo fore contingenter erunt et non necessario, et ideo sequitur conclusio falsa. Si autem maior accipiatur in sensu compositionis, ita quod haec sit necessaria ‘omne scitum a Deo [fore] erit’, ³³⁵ tunc mixtio non valet, quia minor est de inesse ut nunc, et ideo non sequitur conclusio.

[QUAESTIO III]

QUOMODO POTEST SALVARI CONTINGENTIA VOLUNTATIS CREATAE ET INCREATAE IN CAUSANDO ALIQUID EXTRA?]

Tertium dubium: quomodo potest salvari contingentia voluntatis creatae et increatae in causando aliquid extra, utrum scilicet voluntas ⁵ ut prior naturaliter actu causato possit causare actum oppositum in eodem instanti in quo causat actum illum, vel in alio instanti sequenti possit causare actum oppositum vel cessare ab actu illo causato?

321 quod *om.* FGH || praemissa] per se BCX 324 dominus *om.* H 325 dominus] ser-
vus H || cuiuslibet servi] cuiuslibet servo FG 325-326 *sed...* Deo *om.* FG 326 praemissa] per se
BC, parte X 327 Dominus] ergo Deus *add.* FG 329 Quinto] ad idem *add.* CFG || sic *om.* H
330 *a om.* BCFG 330-331 quia... subiecto *om.* FG 332 aeternitate] tempore determinato FG
334 et¹] quia CFG || et²]... necessario *om.* H || et³ ideo] erunt igitur I 336 fore] necessario BCIX, *om.*
alii codd. 337 mixtio] consequentia FG 338 conclusio] sicut pater *add.* C, ut *add.* F, sequitur
aliud capitulum *add.* G, Quare etc. *add.* X

QUAEST. III. – 5 et increatae] videlicet X, *om.* CFG 5-6 utrum... oppositum *om.* FG
6 causato] creto X 6-7 possit... sequenti *om.* C 7 vel] quod *add.* FG, quia *add.* HX || alio instanti]
aliquo actu I, aliquo instanti X 8 causare] creare FGHI || vel] et BCGIX

[OPINIO SCOTI]

10 Dicit hic Scotus¹ quod in voluntate creata est duplex potentia ad opposita: una manifesta, et illa est ad opposita obiecta sive ad oppositos actus cum successione, ita quod potest velle aliquid in *a* instanti et non velle illud sive nolle illud in *b* instanti. Alia est potentia non manifesta, quae est ad opposita sine successione. Imaginatur enim quod in eodem instanti temporis sunt plura instantia naturae, et tunc si esset nunc voluntas creata et tantum maneret per unum instans et vellet tunc aliquod obiectum contingenter, quod voluntas ipsa ut prior naturaliter ista volitione habet potentiam ad oppositum actum pro eodem instanti durationis in quo ponitur 20 ille actus: ut prior naturaliter potest nolle illud pro illo instanti. Et ideo vocatur ista potentia non manifesta, quia est ad oppositos actus pro eodem instanti temporis sine omni successione.

[CONTRA OPINIONEM SCOTI]

Contra illam opinionem: illa potentia quae per nullam potentiam 25 potest reduci ad actum non est potentia realis nec realiter ponenda; haec potentia non manifesta est huiusmodi; ergo etc. Minor probatur, quia si sic, tunc haec est vera pro *a* instanti ‘voluntas vult hoc’; sed per te pro eodem instanti respectu non velle potest reduci ad actum;

12 ita *om.* CFG potest *om.* CFG 13 non... sive *om.* CFG 15 enim] iste *add.* CFG
 16 naturae] vere CG, corr. ex vere mg. F nunc] modo H, *om.* FG 17 vellet] nullum C aliquod
 obiectum] ad oppositum CFG, aliquod oppositum H contingenter] continuare C, contingit FG, contingenter vellet istud *add.* H, vellet illud ita *add.* X 20 actus] ita quod *add.* H, et ita *add.* s. lin. F
 22 omni *om.* H 24 Contra] Sed *præm.* CFG opinionem] arguitur sic *add.* CFG, primo sic *add.* H
 25 potentia *om.* CFG realis] possibilis I realiter *om.* I 27 si *om.* FG tunc *om.* FG pro... instanti
 per *a* instans BX a] aliquo FG 28-29 respectu... instanti *om.* (hom.) BCFGIX

QUAEST. III. – ¹ Cf. Scotus, *textus compositus*, I, d. 38, p. 2 et d. 39, qq. 1-5, n. 16, in *Appendice A Ordinationis*: “De secundo dico quod istam libertatem comitatur una potentia ad opposita manifesta. Licet enim non sit in ea potentia ad simul velle et non velle (quia hoc nihil est), tamen est in ea potentia ad velle post non velle sive ad successionem actuum oppositorum; et ista potentia est manifesta in omnibus mutabilibus, ad successionem oppositorum in eis. – Tamen est et alia (non ita manifesta), absque omni successione. Ponendo enim voluntatem creatam tantum habere esse in uno instanti, et quod ipsa in illo instanti habeat hanc volitionem, non necessario tunc habet eam” (ed. Vaticana, VI, 417s.); cf. etiam *Guil-lemus de Ockham, Sent.*, I, d. 38, q. unica B et E (ed. Lugduni, 1495).

ergo pro eodem instanti istae essent simul verae: ‘voluntas vult hoc’, ‘voluntas non vult hoc’, et sic contradictoria erunt simul vera. 30

Si dicatur quod si reducatur ad actum ita quod haec sit vera ‘voluntas pro *a* instanti non vult hoc’, tunc sua opposita erit falsa ‘voluntas vult hoc in *a* instanti’, — sicut secundum te quamvis haec modo sit vera ‘Petrus salvabitur’, si tamen ponatur quod Petrus damnetur, haec tunc est vera ‘Deus non vult Petro beatitudinem’. 35
Contra: omnis propositio mere de praesenti, si sit vera, habet aliquam de praeterito necessariam; sed haec ‘voluntas vult hoc in *a* instanti’ est vera per positum et est mere de praesenti; igitur haec erit semper postea necessaria ‘voluntas voluit hoc in *a* instanti’; igitur post *a* instans ista non potest esse vera ‘voluntas non voluit hoc in *a* instanti’. 40
Confirmatur: si post *a* haec semper fuit necessaria ‘voluntas voluit hoc pro *a* instanti’, igitur post *a* sua opposita semper fuit impossibilis; et ultra: igitur post *a* semper fuit et erit verum dicere quod haec propositio non potuit esse vera in *a* ‘voluntas non vult hoc oppositum’, quia tunc sua opposita fuit vera, haec scilicet ‘voluntas voluit hoc pro *a* instanti’. 45
Responsio igitur consistit in hoc, quia si voluntas vult hoc in *a*, post *a* erit semper haec necessaria ‘voluntas voluit hoc in *a*’, et tunc si sua potentia non manifesta posset reduci ad actum in *a* instanti, vel contradictoria erunt simul vera post *a* instans, vel post *a* illa propositio quae est necessaria de praeterito, quia 50
habuit aliquam mere de praesenti veram, erit falsa, quia sua opposita erit vera. Nec valet ista instantia quando dicitur ‘haec modo est vera: Petrus salvabitur’, quia illud est futurum contingens et in talibus non habet predicta propositio veritatem, quia omnis propositio de praesenti etc. 55

Sed dices: angelus, secundum te, in primo instanti suae creationis potest peccare. Tunc sic: numquam peccat aliquis nisi pro illo instanti pro quo peccans habet actum suum in potestate sua, ita

31 sit vera *om.* CFGX 34 modo] non C, nunc F 35 vera] falsa FG 35 vult] dare *add.* C 36
Petro beatitudinem] Petri beatitudinem FG, Petrum beatificare H 36 Contra] hoc arguitur sic *add.* FG
37 mere] vera H 39 semper *om.* H 40 voluit] vult H 41-42 Confirmatur... instanti *om.* (*hom.*) C
42 post... opposita] in instanti oppositum FG 43 impossibilis] impossibile FG 44 post *a* *om.* FG
44 potuit] possit B 45 *a*] instanti *add.* FG 45 fuit... scilicet *rep.* B 46 voluit] vult H 47 pro] per B,
in CFG 48 [Responsio] Ratio X 47 quia] quod CFGH, iste I 49 *a*] instanti igitur *add.* CFG 48 pos-
set] potest C 49 vel] tunc CFG 50 vel] et CFGX 51 *a*] instans *add.* CFGH 52 quia *om.* H
51 erit] est H 51-52 sua... vera] oppositum eius erit verum F 52-55 Nec... etc. *om.* FG
52 quando dicitur *om.* H 52-53 modo est] non est modo X 53 Petrus] modo *add.* BX
54 habet] potest habere H 55 quia] quod X, *om.* H 56 Sed] Si C dices] dicis BH, dicas FG 57 sua] sui esse seu FG 58 peccans *om.* FG

quod potest pro eodem instanti actum illum non elicere. Quia da op-
 60 possum, quod non posset illum actum pro illo instanti non elicere,
 cum ‘non possibile non’ aequipolleat ‘necesse esse’, sequitur quod in
 illo instanti necessario elicit actum illum et sic non peccat. Respon-
 sio: hoc supposito, dico quod habet actum in potestate sua, quia
 potest cessare in alio instanti, ita quod pro uno instanti est haec vera
 65 ‘voluntas vult’, et pro alio instanti haec est vera ‘voluntas non vult’.
 Et dico quod potest illum actum non elicere in *a* instanti, quia *a* cor-
 rupto, est haec vera ‘voluntas illum actum potest non elicere in *a*’,
 quia potest post *a* cessare ab omni actu et *a* est tunc corruptum et haec
 tunc est vera ‘voluntas non elicit illum actum in *a*’.

70 Si dicatur: stante *a* et actu elicto, non potest voluntas illum
 actum non elicere, igitur in *a* necessario elicit propter aequipollentiam,
 dico quod consequentia non valet, quia aequipollentia secundum
 sententiam Philosophi² debet intelligi in propositionibus abso-
 lutis, nulla facta suppositione; aliter sequerentur multa inconvenientia
 75 contra Philosophum.

[RESPONSIO AUCTORIS]

Ideo aliter dico ad istud dubium quod in creaturis numquam
 est potentia ad opposita obiecta nec ad oppositos actus sine successione,
 nec in divinis respectu illorum quae non sunt futura contingentia. Et
 80 ideo quantum ad illam potentiam non manifestam in voluntate sine
 successione non teneo eum, quia in omnibus illis instantibus na-
 turae errat³.

59 illum *om.* FG || da] si detur FG 60 posset] possit CFGX, potest H 61 non⁴] elicere
add. FG || aequipolleat] aequivaleat CFG, aequivalet H || necesse esse] necessario H 62 illo] aliquo BF
 64 alio] aliquo F 66 Et *om.* FGH || quia] post *add.* H || *a*] instans *add.* CFG 66-67 corrupto]
 corruptum H 68 post *a*] postea H || tunc] nunc FG, *om.* I 70 *a* et *om.* FG 71 igitur] si
add. B || propter] per CFG 72 consequentia] argumentum FG 73 sententiam Philosophi] Phi-
 losophum H 74 suppositione] quia *add.* CFG || sequerentur] sequuntur CI . multa] alia *add.* CFG
 75 Philosophum] eum FG 78 obiecta H, absoluta *alii codd.* et X 79 nec *om.* X . non *om.* FG || conti-
 gentia *om.* X 80 in voluntate *om.* FG 80-81 sine successione *om.* BCFG 81 eum] Scotum
 X || in... naturae] ibi FG . illis instantibus] conclusionibus H || naturae] vere HI 82 errat] errant B,
 nec intelligit se ipsum *add.* H, erravit X

² Cf. Guillelmus de Ockham, *Summa Logicae*, pars II, c. 11 (*Opera Philosophica* I, ed. cit., pp. 279ss). ³ Contra hunc ‘errorem’ Scoti arguit Guillelmus de Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 9, q. 3 (*Opera Theologica* III, ed. G. Etzkorn, St. Bonaventure, N.Y., 1977, 294-98).

Sed quomodo tunc salvabitur contingentia voluntatis respectu voliti ab ea? Respondeo quod voluntas Dei ad extra et voluntas creata in illo instanti in quo agit contingenter agit. Sed hoc potest intelligi tripliciter: uno modo quod ipsa prius duratione exsistens ante *a* instans in quo causat, potest libere et contingenter causare vel non causare in *a*; et iste intellectus est verus si voluntas sic praeeexistat. Secundo modo potest intelligi quod in eodem instanti in quo causat sit verum dicere quod non causat; et iste intellectus non est possibilis propter contradictoria quae sequuntur, scilicet quod causat in *a* et non causat in *a*. Tertio modo potest intelligi ‘contingenter causare in *a*’, quia libere sine omni variatione et mutatione adveniente sibi vel alteri causae, et sine cessatione alterius causae potest cessare in alio instanti post *a* ab actu suo, ita quod in *a* instanti sit haec vera ‘voluntas causat’, et in alio instanti post *a* sit haec vera ‘voluntas non causat’; et sic voluntas contingenter causat in *a*, non sic autem naturalis causa contingenter causat.

[QUAESTIO IV

UTRUM IN PRAEDESTINATO SIT ALIQUA CAUSA PRAEDESTINATIONIS ET IN REPROBATO ALIQUA CAUSA REPROBATIONIS]

Quatum dubium est utrum in praedestinato sit aliqua causa praedestinationis et in reprobato aliqua causa reprobationis.

Quod non sit causa praedestinationis probatur, quia parvuli baptizati salvantur, et tamen numquam habuerunt merita, igitur etc.

Item, in angelis praedestinatis non videtur praecedere meritum, igitur etc.

86 intelligi *om.* FG || duratione] generatione F 87-88 vel... causare *om.* H 88 si... praexistat] posito quod voluntas etc. FG, si voluntas sit X 89 Secundo] Alio CFG 92-93 potest... *a* *om.* F 92 intelligi] quod voluntas *add.* CG 93 causare *om.* BX || variatione] multiplicatione H || mutatione] corruptione X 95 alio] aliquo CFGX || suo *om.* FG 95-96 ita... voluntas^{2]}] sic quod potest esse quod aliquando post a sit verum dicere quod X 95 instanti *om.* H 96 *a*] instanti *add.* CFG non] et FG 98 causat] agit BCFGH, Quaere in Ockham, libro I, dist. 38 (12 I) *add.* BHI

QUAEST. IV. – 4 Quartum... est *om.* FG .. causa] suae *add.* FG 5 aliqua causa] suae H 6 sit] aliqua *add.* C || sit... praedestinationis *om.* FG 8-9 Item... etc. *om.* C 8 angelis] aliis H angelis praedestinatis] angelus praedestinus I

[RESPONSIO AUCTORIS]

Dico quod tam in praedestinatis quam in reprobatis est aliqua causa praedestinationis et reprobationis, accipiendo causam secundo modo dictam in nona suppositione¹, sed non primo modo. Nam ista consequentia est bona ‘iste peccat finaliter, ergo reprobabitur’, simili-
 15 liter ista ‘iste perseverabit finaliter, ergo praedestinabitur’. Quia sicut Deus non prius est ultor quam aliquis sit peccator², ita non prius est remunerator quam aliquis sit iustificatus per gratiam. Cum hoc tamen dico quod causa reprobationis et praedestinationis potest praecedere in praedestinato vel reprobato vel in parentibus, sicut parvulus dece-
 20 dens in originali peccato punitur poena damni propter peccatum parentum, sed non poena sensus nisi propter propria. Similiter propter bona opera parentum potest puer baptizatus salvari et sic per conse-
 quens praedestinari. Tamen forte causa praedestinationis capit instantiam in Beata Virgine et in angelis bonis, si non meruerunt suam beatifi-
 25 tudinem; si autem finaliter meruerunt, non capit instantiam. Et sic patet ad duo argumenta.

[QUAESTIO V

UTRUM UNA ISTARUM PROPOSITIONUM ‘PETRUS EST PRAEDESTINATUS’,
 ‘PETRUS EST DAMNATUS’ POSSIT ALTERI SUCCEDERE IN VERITATE]

Quintum dubium est: ex quo istae propositiones ‘Petrus est pree-
 5 destinatus’, ‘Petrus est damnatus’ sunt oppositae, quare una non potest alteri succedere in veritate?

14 consequentia] causa BH, causalis I . reprobatur] reprobatur CX 15 praedestinabitur] praedestinatur X !! sicut om. H 18 et praedestinationis om. CFG 19 sicut] etiam add. H
 21 propria] peccata C, peccata add. H . Similiter] Contra C 22 parentum] parentis BIX 24 in²] alii add. B 25 meruerunt] tunc add. B 25-26 Et... argumenta] Quare patet ad duo argumenta solutio et sic elige quod vis vel placet X 26 patet ad om. H argumenta] facta etc. add. C, etc. add. G, Quaere Scotum et Ockham et elige quod placet add. BHI

QUAEST. V. – ¹ est¹] quod H . ex quo] quomodo FG 5 damnatus] reprobatus X sunt oppo-
 sitae om. I ; quare] quarum C, quamvis FG 6 veritate] et in falsitate add. CFG

QUAEST. IV. – ¹ Supra, q. I, lin. 315-22. ² August., *De Genesi ad litteram*, XI, c. 17, n. 22: “Numquid ille prius ultor quam iste peccator? Absit. Neque enim Deus damnat innocentes” (PL 34, 438; CSEL XXVIII-I, 350).

[RESPONSIO AUCTORIS]

Dico, sicut patet ex praecedentibus, quod si illae propositiones sint simpliciter de futuro, non importantes aliquod praesens positum in effectu nec aliquod praeteritum, non possunt successive verificari nisi ista ‘Petrus est praedestinatus’ esset primo vera et postea falsa; sed hoc est impossibile. Quia sicut dictum est prius¹, omnis propositio simpliciter de futuro, si semel sit vera, semper fuit vera, quia non est maior ratio quare magis sit vera in uno tempore quam in alio. Et per consequens, cum tales propositiones ‘Petrus est praedestinatus’, etc. sint aequivalenter de futuro simpliciter, si istae propositiones possent sic verificari, et constat quod non possunt esse simul verae, quia inferunt contradictoria esse simul vera, igitur si haec sit modo vera ‘Petrus est reprobatus’, cum sit de futuro simpliciter — ponamus — semper fuit vera, et per consequens fuit vera quando sua opposita fuit vera, et sic contradictoria simul essent vera.

Confirmatur, quia propositiones non mutantur de veritate in falsitatem nisi propter mutationem rei, secundum Philosophum in *Praedicamentis*². Sed nulla mutatio est in Deo nec in Petro nec in quacumque alia re quare haec est primo vera ‘Petrus est praedestinatus’ et postea falsa. Et hoc dico ut sit simpliciter de futuro et ante beatitudinem collatam. Sicut si haec sit modo vera ‘tu sedebis cras’, nulla mutatione facta in te vel in quocumque alio, non potes facere illam propositionem falsam ante diem crastinum, ita quod sit verum dicere: haec propositio ‘tu sedebis cras’ prius fuit vera et modo est falsa. Igitur impossibile est quod istae propositiones sic mutentur de veritate in falsitatem.

8 Dico] quod add. omnes codd., sed recte om. X “ sicut] sic C 9 sint] sunt H 11 praedestinus] vel Petrus est damnatus add. CFG “ esset] essent CFG 15 cum] etiam H 16 sint] sunt FH “ si] sed CFG “ propositiones] non add. FGX 17 sic] successive add. H “ et] sed G, om. H . et... verae om. F “ possunt] possent B 18 contradictoria... vera¹] quod ipsae possent esse simul verae vel simul esse verae X “ haec] contradictoria add. X 19 reprobatus] praedestinatus H “ ponamus] postea FGH, oportet X, om. C 20 fuit¹] sit C, erit FG, fit X “ fuit¹] sit CH, fit X 20-21 sua... vera] suum oppositum verum FG 21 essent] sunt H, om. FG 22 de] a CFGX 25 quacumque] aliqua CFGX “ quare] quamvis FG 26 ut sit] si sint H 28 potes H, potest alii codd. et X 29 propositionem] per peccatum C 31 propositiones om. FG sic om. FGH 32 falsitatem] et e converso add. H

QUAEST. V. — ¹ Supra, q. II, lin. 145-46. ² Aristot., *Praedicamenta*, cap. 5 (4b 9-11). Cf. Guillelmus de Ockham, *Expositio in librum Praedicamentorum Aristot.*, cap. 9, § 14 (supra, p. 202); *Summa Logicae*, pars I, c. 43 (*Opera Philosophica I*, ed. cit., pp. 129ss.).

Si dicas quod si hodie corrumparis, tunc est haec falsa ‘tu sedebis cras’, et prius fuit vera p e r t e, igitur propter talem mutationem in te potest haec propositio mutari de veritate in falsitatem; et eodem modo si Petrus sit modo praedestinatus et postea moriatur in finali imponentia, erit tunc reprobatus; igitur propter mutationem factam in Petro per actum peccati potest ista propositio ‘Petrus est praedestinatus’ mutari de veritate in falsitatem, d i c o quod, sicut frequenter dictum est, si ponatur quod aliquis praedestinatus finaliter peccet, quod tunc haec est vera ‘iste est reprobatus’, et haec semper fuit vera ‘iste est reprobatus’, et per consequens sua opposita est nunc falsa et semper fuit falsa. Et eodem modo, si tu corrumparis hodie, tunc haec propositio ‘tu sedebis cras’ nunc est falsa, et semper fuit falsa, et eius opposita semper fuit vera. Et super istam responsonem quasi stat tota difficultas in ista materia.

33 corrumparis] corrumpatur CFG 34 te] re FG 35 de] a X 37 imponentia] prima add. B, tunc add. CFG, finaliter in peccato add. mg. H 39 de] a CFGHX 41 haec^a om. FGH fuit corr. in fit B 42 iste est] haec propositio iste fuit H sua... falsa] suum oppositum est nunc falsum FG 43 fuit corr. in fit B falsa] falsum FG modo] est add. FG tu corrumparis] corrumpatur CFG 45 Et] Unde FG istam responsonem] ista responsonem CFG, istam rationem IX quasi om. CFG 46 materia] Amen. Explicit tractatus de futuris contingentibus et praedestinatione divina editus a fratre Wilhelmo Occham ordinis fratrum (praed. sed del.) minorum add. B, igitur etc. Explicit tractatus de praedestinatione et futuris contingentibus reverendi fratris Guillelmi Occham ordinis fratrum minorum. Sit laus Deo add. C, ideo etc. Explicit tractatus Ockham (Ockam F) de praedestinatione et futuris contingentibus add. FG, Explicit tractatus de praedestinatione et praescientia sive de futuris contingentibus editus a venerabili fratre Guillelmo Ocham sacrae paginae professore ordinis minorum add. H

